De codicibus quibus Interpretamenta Pseudodositheana nobis tradita sunt

scripsit

CAROLUS KRUMBACHER.

DISSERTATIO INAUGURALIS MONACENSIS.

MONACHII
Ex F. Straub typographeo academico.
MDCCCLXXXIII.

Guilelmo Meyer Spirensi

uiro amicissimo et doctissimo

D · D · D

C. K.

Praemonita.

'Ἑρμηνεύματα Interpretamenta', quorum complures recensiones admodum inter se differentes memoriae traditae sunt, olim sine ratione iusta ad Dositheum Magistrum referebantur et adhuc a plurimis referuntur; nuper autem iis Boucherius nomen praeclarum Julii Pollucis, cuius doctrina a libro ad loquelam Latinam Graecamque docendam imprimis spectante maxime abhorrebat, temere praefixit.[1])

Interpretamentorum recensiones[2]) praeter unam omnes e tribus libris constant, quorum unus uocabularium ad ordinem litterarum digestum, alter uocabula in certa quaedam genera redacta, tertius denique colloquia continet. Leidensibus tantum Interpretamentis[3]) etiam aliae partes subiectae sunt, quas Eduardus Boeckingius edidit.[4]) quantum haec 'Ἑρμηνεύματα placuerint quantusque eorum fuerit usus, ea potissimum re docemur, quod quinque recensiones, non omnes sane integrae, et sextae cuiusdam certe memoria[5]) ad nos peruenerunt; neque praeter ea quae adhuc innotuerunt, etiam alia Interpretamenta in bibliothecis latere negarim, praesertim cum fieri non possit, quin eiusmodi opuscula anonyma grammaticorum et bibliothecarum custodum diligentiam facile fugiant.

Quis quando Interpretamenta composuerit, quae ratio inter 'Ἑρμηνεύματα Leidensia et Dosithei grammaticam intercedat, denique quo nomine haec Interpretamenta Leidensia et Monacensia et Montepessulana et ea, quibus B. Rhenanus et H. Stephanus usi sunt, inter se differant, hoc loco disputare

longum est. quaecumque de his rebus paululum spinosis codicum et librorum impressorum auxilio inuestigaui, alias in lucem edentur. nunc contentus ero, si ad res, quae hoc libello excutientur, magis illustrandas illarum disquisitionum quasi summam breuiter delineauero. est autem fere haec: 'Interpretamenta Leidensia neque a Dositheo Magistro neque a Julio Polluce, sed ab anonymo quodam ludimagistro, probabiliter Graeco, circa initium saeculi post Christum natum tertii ad usum eorum, qui Latine Graeceue loqui cupiebant, composita sunt. posteriore demum tempore in archetypo codicis Sangallensis *Ἑρμηνεύματα* cum Dosithei arte grammatica sequentibusque elocutionibus et uerborum indicibus, fortasse ad scholarum quendam usum, coniuncta sunt. imitatores horum *Ἑρμηνευμάτων* conscripserunt Interpretamenta Monacensia et Montepessulana et illa, quae B. Rhenanus et H. Stephanus adhibuerunt. etiam haec omnia tertio saeculo, utique non post Constantinum, orta esse ueri simile est. recensio Monacensis Antiochiae, in urbe Syriae, conscripta esse et in usu fuisse uidetur.'

Quanta eruditionis emolumenta ad studia philologorum promouenda et locupletanda ex Interpretamentis capi possint, nemo non uidet, qui ea obiter perlustrauerit. et grammatici et lexicographi et lectionum deprauatarum emendatores et quicumque antiquitates priuatas quas uocant sibi proposuerunt perscrutandas sua quisque frustula hic inuenient. grammaticos potissimum eos intellego, qui in lingua uulgari inquirenda uersantur; nam iis antiquissima sermonis rustici monumenta gratissima esse debent et pauci huiusmodi libri saeculi tertii pluris ab iis aestimandi sunt quam multa inferioris infimaeque aetatis opuscula.[6]) lexicographi autem non solum multorum uerborum uim et significationem Interpretamentorum auxilio certius definire, sed etiam multa uocabula adhuc dubia uel prorsus ignota lexicis fidenti animo inserere poterunt.[7]) ne in libris quidem ueterum a corruptelarum sordibus purgandis Interpretamenta spernenda sunt. hoc denique moneo ex *Ἑρμηνευμάτων* colloquiis etiam ad uitae ueterum cognitionem augendam non pauca hauriri posse.[8]) nam cum e uita ipsa sumpta et ad usum cottidianum destinata sint,

imaginem et expressiorem et solidiorem nobis exhibent, quam latae disputationes contemplatiuae; neque ineptus sit si quis in libro de antiquitatibus priuatis conscribendo singulis capitibus, quibus scholae, balnea, cenae aliaque tractanda sint, singula subiciat quae in iisdem rebus uersentur colloquia.[9]) etiamsi enim unius eiusque posterioris aetatis offertur imago, tamen ea ipsa multo expressior est quam quae componi potest e dispersis locis atque dissipatis, qui cum e uariorum scriptorum libris uariis repetiti magnisque et regionum et temporum interuallis dirempti sint, saepissime nimium inter se discrepant. quod haec omnia a uiris doctis adhuc nimis neglecta sunt, maximo opprobrio uertendum esset, si editionem integram solidamque haberemus. sed uetustiores nonnullarum partium Ἑρμηνευμάτων editiones rationibus huius aetatis prorsus non respondent et insuper difficillime comparantur; recentior autem editio, Eduardi Boeckingii librum dico, nihil continet nisi partes in recensione Leidensi post uocabularia sequentes. uocabularia autem et colloquiorum recensiones praeter Leidensem post H. Stephanum et Vulcanium omnino inculta relicta sunt. cum hoc denique saeculo etiam inferioris aetatis libri inprimis ad linguae uulgaris rationes inquirendas tractari coepti essent et nonnulli uiri doctissimi usque ad Interpretamentorum obscuritatem procurrissent, fortuna quaedam aduersa his libris imminere nunquam desiit. iam Niebuhrius cogitasse uidetur de Dositheanis tractandis;[10]) nam codicis Sangallensis apographon exarauit, quo postea Boeckingius et Oehlerus usi sunt.[11]) tum Duebnerus indicauit haec uocabularia in corpore grammaticorum Latinorum Lindemanniano editum iri,[12]) quod nunquam factum est. deinde Franciscus Oehlerus omnia, quae uocat Dositheana, edenda sibi proposuerat;[13]) sed morte praematura uir diligentissimus impeditus est, quominus hoc opus perficeret. denique Mauricius Hauptius in animo habuit Interpretamenta Montepessulana 'cum reliquis similibus glossariis Graecis et Latinis,' quorum ingentem esse adnotat et partim incognitam copiam, emendata et explicata edere.[14]) sed illum quoque uirum omni liberali doctrina politum necessitas ultima prohibuit, quominus opus ad finem adduceret. post tot consilia

ad irritum redacta anno denique MDCCCLXXII a Boucherio Interpretamenta Montepessulana emendata et indicibus aucta in lucem emissa sunt.[15]) haec editio apographo integro libri manuscripti exornata est, ut a grammaticis et lexicographis optime in usum uerti posset et ea quoque, quae Boucherium ipsum fugissent, ex codicis descriptione et imagine colligendi facultas praeberetur.[16]) inedita adhuc usque remanent[17]) recensionis Leidensis liber primus et alter et Interpretamenta Monacensia. quarum partium editionis, quam abhinc fere tres annos instruere coepi, quasi prodromum libellum emitto de natura et ratione codicum, quibus uniuersa Interpretamenta nobis tradita sint. quaecumque alii de his rebus inquisiuerunt, suis locis laudabuntur. nullam fere rationem habui solius codicis Montepessulani. quem cum ipse non potuerim inspicere, lectorem beneuolum ad Boucherii quam supra dixi editionem relego.

Omnia, quae nobis tradita sunt, Interpretamenta nihil esse nisi unius operis quasi recensiones et imitationes optime et breuissime docebunt uocabularia certis generibus disposita, quae in omnibus Interpretamentis reperiuntur, inter se comparata.[18]) qua capitum collatione id quoque assequimur, ut quae generalis ratio inter Monacensia et reliqua Interpretamenta intercedat, adumbremus.*)

Interpretamentorum Monacensium libri II. capitula:

(Cod. Monac. 13002 fol. 213v — 217r, cod. Monac. 22201 fol. 229r — 234r, cod. Monac. 27317 fol. 11r — 20v)

1 *Θεῶν ὀνόματα* Deorum nomina
2 *Θεάων* (Codd. Theas) *ὀνόματα* Dearum nomina
3 *Περὶ οὐρανοῦ* De caelo
4 *Περὶ ἄστρων οὐρανίων* De signis caelestibus
5 *Περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων* De duodecim signis
6 *Περὶ ναῶν ἱερῶν* De aedibus festis
7 *Περὶ θυσιῶν* De sacrificiis

---

*) Cum hic de summa rerum agatur, codicum menda tacite plerumque emendaui lectionumque differentias paucis tantum locis, ubi aliter fieri non poterat, indicaui.

8 Περὶ ἑορτῶν De diebus festis
9 Περὶ ἀνέμων De uentis
10 Ὅσα ἐν τῷ θεάτρῳ Quae in theatro
11 Ὅσα ἐν τῷ σταδίῳ Quae in stadio
12 Ὅσα ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ Quae in amphitheatro
13 Ὅσα ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ Quae in circo
14 Περὶ μελῶν ἀνθρωπίνων De membris humanis
15 Περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων De moribus humanis
16 Περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης De natura humana
17 Περί ἀρχόντων De magistratibus
18 Περὶ βρωμάτων De escis
19 Περὶ ποτῶν De potionibus
20 Περὶ δευτέρας τραπέζης De secunda mensa
21 Περὶ λαχάνων De oleribus
22 Περὶ ἰχθύων De piscibus
23 Περὶ κρέως De carne
24 Περὶ ὀρνέων De auibus
25 Περὶ τετραπόδων De quadrupedibus
26 Περὶ κυνηγίας De uenatione
27 Περὶ ἑρπετῶν De serpentibus
28 Περὶ οἰκήσεως De habitatione
29 Περὶ δένδρων De arboribus
30 Περὶ ἀνθῶν De floribus
31 Περί τρυγητοῦ De uindemia
32 Περὶ ἱματίων De uestimentis
33 Περὶ ὀσπρίων De leguminibus
34 Περὶ ὀστρακίνων De fictilibus
35 Περὶ σκυτίνων De scorteis
36 Περὶ ἀρωμάτων De odoribus
37 Περὶ ἐργαλείων ἀγροικικῶν De ferramentis rusticis
38 Περὶ πόλεων De ciuitatibus
39 Περὶ ἐνδομενίας De supellectile
40 Περὶ γραμμάτων διδασκαλίας De ludo litterarum
41 Περὶ ἀγροικίας De rusticatione
42 Περὶ τεχνιτῶν De artificibus
43 Περὶ πλούτου De diuitiis
44 Περὶ χρυσέων De aureis
45 Περὶ ἀργυρέων De argenteis
46 Περὶ χαλκῶν De aereis
47 Περὶ σιδηρῶν De ferreis
48 Περὶ ναυτιλίας De nauigatione
49 Περὶ ἰατρικῆς De medicina
50 Περὶ ἁρμένων ἰατρικῶν De ferramentis medicinalibus

51 *Περὶ στρατιᾶς* De militia
52 *Περὶ ἱστουργίας* De confectione
53 *Μῆνες Ἑλλήνων* Menses Graecorum
54 *Μῆνες Ἀθηναίων* Menses Atheniensium
55 *Μῆνες Ἀντιοχείων* Menses Antiochensium

Interpretamentorum Montepess. libri II. capitula:

(Notices et Extraits XXIII, 2, 329—477)

1 *Περὶ θεῶν* De diis
2 *Περὶ τῶν ιβ' ζῳδίων* De duodecim signis
3 *Περὶ τῶν ζ' ἀστέρων πλανητῶν* De septem stellis erraticis
4 *Περὶ ἄστρων οὐρανίων* De signis caelestibus
5 *ΙΒ' ζῴδια* Duodecim signa
6 *Περὶ χειμώνων* De tempestatibus
7 *Περὶ ἑορτῶν* De diebus festis
8 *Περὶ ἀνέμων* De uentis
9 *Χρόνοι ἐνιαυτοῦ* Tempora anni
10 *Περὶ ἰατρικῆς* De medicina
11 *Περὶ ναυτιλίας* De nauigatione
12 *Περὶ ἀρχόντων* De magistratibus
13 *Περὶ στρατιᾶς* De militia
14 *Περὶ γεωργίας* De agricultura
15 *Περὶ δένδρων* De arboribus
16 *Περὶ ναῶν* De aedibus
17 *Περὶ θεωριῶν* De spectaculis
18 *Περὶ συγγενείας καὶ τῆς ἀναγκαίας* (?) De affinitate et necessariis
19 *Περὶ ἑρπετῶν* De serpentibus
20 *Περὶ πόλεων* De ciuitate (!)
21 *Περὶ τεχνιτῶν* De artificibus
22 *Περὶ μελῶν* De membris humanis
23 *Περὶ οἰκήσεως* De habitatione
24 *Περὶ βρωμάτων* De escis
25 *Περὶ ποτῶν**) De potionibus
26 *Περὶ δευτέρας τραπέζης* De secunda mensa
27 *Περὶ κρέως* De carne
28 *Περὶ λαχάνων* De oleribus
29 *Περὶ ἰχθύων* De piscibus
30 *Περὶ ὀρνέων* De auibus
31 *Περὶ θηρίων***) *τετραπόδων* De bestiis quadrupedibus

---

*) Bouch. p. 278 et 409 falso scribit ‘*πότων*’.

**) Cod. *θηρων*, quem nescio quomodo secutus Bouch. (278. 424) *θηρῶν* scripsit.

32 Περὶ ἐνδομενίας De supellectile
33 Περὶ ἱματίων *) De uestibus
34 Περὶ χρυσέων De aureis
35 Περὶ ἀργυρέων De argenteis
36 Περὶ χαλκέων De aeneis
37 Περὶ σιδηρέων De ferreis
38 Περὶ ὀστρακίνων De fictilibus
39 Περὶ σκυτίνων De scorteis
40 Περὶ διδασκαλείου De ludo litterario
41 Περὶ εἰσαγωγῆς τέχνης γραμματικῆς De instructione artis grammaticae
42 Περὶ φύσεως σώματος ἀνθρωπίνου De natura corporis humani
43 Περὶ τρόπων ἀνθρωπίνων De moribus humanis
44 Περὶ τῶν κατὰ ἀγορὰν πραγμάτων De forensibus negotiis

Interpretamentorum Leidens. libri II. capitula:

(Cod. Sang. 902, p. 43 — p. 51 et Cod. Leid. Voss. Gr. IV⁰ 7 fol. 6r — fol. 17v)

1 Θεῶν ὀνόματα Deorum nomina
2 Θεάων ὀνόματα Dearum nomina
3 Περὶ οὐρανοῦ De caelo
4 Περὶ ναῶν De aedibus. templis.
5 Περὶ ἑορτῶν De diebus festis
6 Περὶ θεωριῶν De spectaculis
7 Περὶ ἀνέμων De uentis
8 Περὶ μελῶν De membris
9 Περὶ φύσεως De natura
10 Περὶ βρωμάτων De escis
11 Περὶ ποτοῦ De potione
12 Περὶ δευτέρας τραπέζης De secunda mensa
13 Περὶ κρέως De carne
14 Περὶ λαχάνων De oleribus
15 Περὶ ἰχθύων De piscibus
16 Περὶ ὀρνέων De auibus
17 Περὶ τετραπόδων De quadrupedibus
18 Περὶ ἑρπετῶν De serpentibus
19 Περὶ οἰκήσεως De habitatione
20 Περὶ πόλεων De ciuitatibus
21 Περὶ ἐνδομενίας De supellectile
22 Περὶ ἱματίων De uestimentis

---

*) Bouch. (279. 433) ‘εἱματίων’ (!)

23 Περὶ χρωμάτων De coloribus
24 Περὶ χρυσέων De aureis
25 Περὶ ἀργυρέων De argenteis
26 Περὶ χαλκέων De aereis
27 Περὶ σιδηρέων De ferreis
28 Περὶ ὀστρακίνων De fictilibus
29 Περὶ σκυτίνων De pellibus
30 Περὶ φιλοπονιῶν De studiis
31 Περὶ τεχνιτῶν De artificibus
32 Περὶ δένδρων De arboribus
33 Περὶ γεωργίας De agricultura
34 Περὶ στρατιᾶς De militia
35 Περὶ ἀρχόντων De magistratibus
36 Περὶ συγγενείας De cognatione
37 Περὶ ναυτιλίας De nauigatione
38 Περὶ ἰατρικῆς De medicina
39 Περὶ ζῳδίων ιβ′ De signis XII.

Interpretamentorum ab Henr. Steph. editorum capitula:

(H. Steph. glossar. duo etc. col. 257—281 = thes. Vulc.)

1 De caelo Περὶ οὐρανοῦ. Iterum.
2 Deorum nomina Θεῶν ὀνόματα
3 Dearum (nomina) Θεάων (ὀνόματα)
4 De homine Περὶ ἀνθρώπου
5 De membris humanis Περὶ μελῶν ἀνθρωπίνων. Iterum.
6 De studiis Περὶ φιλοπονιῶν *)
7 De ludo litterarum Περὶ γραμμάτων διδασκαλίας
8 De militia Περὶ στρατιᾶς **)
9 De ciuitatibus Περὶ πόλεων
10 De uentis Περὶ ἀνέμων
11 De nauigatione Περὶ ναυτιλίας. Iterum.
12 De piscibus Περὶ ἰχθύων. Iterum.
13 De agricultura Περὶ γεωργίας. Iterum.
14 De arboribus Περὶ δένδρων. Iterum.
15 De oleribus Περὶ λαχάνων. Iterum.
16 De auibus Περὶ ὀρνέων. Iterum.
17 De bestiis Περὶ θηρίων
18 De aedibus Περὶ ναῶν
19 De magistratibus Περὶ ἀρχόντων

*) H. Steph. et Vulc. scribunt ΦΙΛΟΦΥΝΙΩΝ (c. 244).
**) H. Steph. et Vulc. scribunt ΣΤΡΑΤΕΊΑΣ (c. 244).

20 De medicina Περὶ ἰατρικῆς
21 De carne Περὶ κρεῶν. Iterum *)
22 De potionibus Περὶ ποτῶν. Iterum **)
23 De habitatione Περὶ οἰκήσεως
24 De supellectile Περὶ ἐνδομενίας
25 De artificibus Περὶ τεχνιτῶν
26 De aureis Περὶ χρυσέων
27 De argenteis Περὶ ἀργυρέων
28 De aereis Περὶ χαλκέων
29 De ferramentis Περὶ σιδηρῶν
30 De uasis fictilibus Περὶ ὀστρακίνων
31 De laneis Περὶ ἐρίων
32 De uestimentis Περὶ ἱματίων
33 De pellibus Περὶ δερμάτων
34 De diuitiis Περὶ πλούτου
35 De temporibus Περὶ χρόνων
36 De diebus festis Περὶ ἡμερῶν βιωτικῶν***)
37 De spectaculis Περὶ θεωριῶν
38 De bellariis Περὶ τραγημάτων
39 De moribus Περὶ τρόπων
40 De institutione artis grammaticae Περὶ εἰσαγωγῆς τέχνης γραμματικῆς
41 De serpentibus Περὶ ἑρπετῶν

Codicis Interpretamentorum a Beato Rhenano adhibiti liber primus simile glossarium continuit, ex quo pauca capitula a Beato Rhenano hunc in modum indicantur:

1 ‚Θεῶν ὀνόματα, hoc est, Deorum nomina
2 Περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ, hoc est, De hiis, quae apud inferos
3 Περὶ θεοσεβείας, hoc est, De religione
4 Περὶ ναῶν ἱερῶν, hoc est, De aedibus sacris, et sic deinceps.'

Ex capitulorum titulis ita comparatis apparere credo Interpretamentorum scriptores posteriores, licet unius exempli antiquioris fidem secuti sint, tamen in capitulis eligendis et disponendis suo ipsorum iudicio usos esse.[19]) non minus suo quisque

*) Alterum cap. inscr. 'De carnibus Περὶ κρεῶν' (c. 262.)

**) H. Steph. et Vulc. πότων habent. Alterum cap. inscr. ‚De potione Περὶ πότου'.

***) Steph. et Vulc. βιωτῶν; quod recepi, emendandum esse collato Du Cangio (I, 203) Conr. Hofmannus, v. cl., mihi significauit.

arbitrio indulgebant in capitulorum uocabulis seligendis et interpretandis. quod ut manifestum fiat, unius capituli recensiones uarias comparabimus. nimirum capitulum eligendum est, quod in omnibus recensionibus communiter reperitur, ut id, quod iam exhibemus:

Interpretamentorum Monacensium cap. XLV.

Περὶ ἀργυρέων De argenteis

Ἄργυρον argentum
ἀργυρᾶ argentea
φιάλη fiola
σκύφος scyphus
τορνευτά tornata
ξυστρωτά striata
γεγλυμμένα accaelata (?)
μαζονόμος lanx
πινάκιον catinum
τρύβλιον parapsis
κάνιστρον canistellum [20])
ὀξυβάφιον acetabulum
πατελλίκιον scutella
μύστρον ligula
κοχλιώρυξ cochliarium
κύκνον cicinum [21])
κόγχη concha
κάτοπτρον speculum
σταμνίσκοι matellae
ὑπόθεμα suppostorium
ὠτογλύφιον auriscalpium
λιτά pura
ἐλατά producta
διαχρύσεια inaurata
λιβανωτρίς turibulum
κηριάπτης ceriolum
χερνίβιον aquiminale
ξέστης orciolum
ἠθμός colum
ἀρυτεγχύτης arytaena [22])
κύαθον cyathum
ἀρτοφόρον . . . . [23])

Codd. Monac. 13002 : 22201 : 27317 litteris Ma : Mb : Mc significantur | 1 Argyron Ma : Argiron Mbc | 3 Fiali fiala Mb | 4 Scyfos scyfu Ma : Scyfos sciphus Mb : Scifo scifu Mc | 6 Xystrota Ma : Xistrota Mb : om Mc | Striata Mab : om Mc | 7 Gelummena Mabc | Acelata Mabc | 9 Pinacium Mabc | Cantinum Mc | 11 Canisticon Mabc | 12 Oxybasion Ma : Oxobasion Mb : om Mc | acet. om Mc | 13 Patillicion Ma : Patellicion Mbc | 15 Codiorux Ma : Cocliorux Mb : Clodiorux Mc | Cocliarium Ma : Coclearium Mb : Clodiarium Mc | 16 Cyenon Mb : Cienon Mc | Cicinum Mab : Cnmum Mc | 18 Catripton Ma : Catrypton Mb : Catipton Mc | 19 Samnysey Ma : Scamnisey Mb : Scamnysci Mc | 20 Supostorium Ma : Subpositorium Mb : Suppostorium Mc | 21 Otoclifion Mac : Otoclyfion Mb | Aurescalpium Mac | 24 Dyacrisia Ma : Diachrysa Mb (cum i a correctore, de quo caput I. uideas, superscripto) : Dyachrysa Mc | 25 Libanotrix Mabc | 27 Cernibion Ma : Chernibion Mbc | 28 Oriolum Ma : orciolum Mbc | 30 Plitenchytis Ma : Plytenchitis Mb : Plithenchitis Mc | Aretina Ma : aretenia Mb : Aretenia Mc | 31 C. Cuathim Ma : C. Chuathim Mbc | 32 Arthoforon Mb | cannula Mabc |

Interpretamentorum Montepessulanorum cap. XXXV.

(Not. et extr. XXIII, 2, 438—440.)

Περὶ ἀργυρέων De argenteis

Ἀργυροῦν (?) argentum
περίχρυσα inaurata
ξυστρωτά striata [24])
τορευτά caelata
λιτά pura
ποτήρια pocula
(*ποτήρια* pocula)
σκύφοι scyphi
πατέλλια fialae
πάτελλαι crateres
σταμνίσκος orceus
(*ἀκρατοφόρον* uinarium) [25])
ἀκρατοφόρον merarium
οἰνοφόρον uinarium
κύαθος cyathus
ψυγεύς frigidarium
κανοῦν canistrum
ῥυτόν rutium
ὑλιστήρ colus
ἠθμός colus
ἁλιά salinum
ἐπίχυσις aquale
μύστρα lingulae
κοχλιώρυξ cochliarium [26])
γεύστριξ [27]) merarium
γεύστριξ saporatorium
χέρνιβον trullium [26])
ἔσοπτρον speculum
ἀρδευτής porrectorium
βομβύλιον guttum
πίναξ catinus, pinax
παροψίδες parapsides
ὀξύβαφα acetabula
λοπάς patena
πινάκιον catilla
σκεύη ἐν οἷς ἐσθίομεν escaria

Interpretamentorum Leidensium cap. XXV.

Περὶ ἀργυρέων De argenteis

Ἄργυρος argentum
σκεύη uascella
τορευτά tornata
ξυστρωτά strigilata [24])
γεγλυμμένα caelata
σκύφος scyphus

Codex Montepess. littera M significabitur || 3 triata M : trita Bouch. | 4 celata M et Bouch. || 8 schifi M || 9 *πατιαλαι* M : *πατέλλαι* Bouch. || 10 orceus M : urceus Bouch. || 22 *επιχυσεις* M || 24 *κοχλυωρυξ* M | cochliarium M : cochlearium Bouch. || 26 soporatorium M | 27 trullium M : trulleum Bouch. | 28 *εσπτρον* M || 29 *αρδοτης* M || 30 *βονβυλιων* M : *βομβυλιών* Bouch. gutum M || 32 *παροψυδες* M || 36 *σκευηενοιςεσθιομενευ* caria M : *σκεύη ἐν οἷς ἐσθίομεν εὖ* caria Bouch. : id, quod recepi. Hagenus (De Dos. Mag. quae feruntur etc. p. 13) ||

Codex Sangall. littera S, cod. Leid. littera L significabitur || 1 argenteum S || 2 *κσευη* S | bascella SL || 4 *ξυστρωτα* SL | strigilis S : strigeles L || 5 *γαγλυμμενα* S || 6 scifus SL ||

μαζονόμος [28]) lanx
πινάκιον catillum
τρύβλιον parabsis [29])
ὀξύβαφον acitabulum (?)
κοχλιώρυξ ligula, linguella
κάτοπτρον speculum
κόγχη concha
ἠθμός colum
'λιβανωτρίς turibulum
ἀρυτεγχύτης arutaena [22])
ἀκρατοφόρον meraculum [30])

Interpretamentorum ab Henrico Stephano editorum cap. XXVII.

(Glossaria duo etc. col. 268)

De argenteis Περὶ ἀργυρέων

Argentea ἀργύρεα
pocula ποτήρια
tornata τορευτά
caelata ἔγγλυφα
limata διαῤῥινητά
inaurata περίχρυσα
patera φιάλη
urceus σταμνίσκος
uinarium οἰνοφόρον
colum ἠθμός
lanx μαζονόμος
cygni [31]) κύκνοι
cochliarium κοχλιώρυξ
subpostorium ὑπόθημα καὶ ὑποθετήριον
cerostatarium κηροφόρον
lucerna λύχνος
trulla ὑποχεύς (?)
situla ὑδροφόρος
auriscalpium ὠτόγλυφον
argentum ἄργυρον
pura λιτά
striata ξυστρωτά [24])
operculum πῶμα
patina φιάλη
merarium ἀκρατοφόρον
gustatorium γευστήριον
turabulum [32]) λιβανωτόν

7 παζονομος S : παζωνομος L ‖ 8 cutellum S : catillum L ‖ 9 τρουβλιον SL ‖ 10 οξιιβαφον S : οξι : υβαφον L | acitabulum SL ‖ 11 κοχλιοριξ SL linguella om S ‖ 12 καθοπτρον SL ‖ 14 διθμος S : αιθμος L ‖ 15 λιβονοτρις S ‖ 16 αυωτενχυθης S : αιωτενχυτης L | arugene SL ‖ 17 mergulum SL

Editionem Henr. Stephani, quam Vulcanius ad uerbum iterauit, litteris St significabo 4 celata St "Ενγλυφα St 5 Διαρινητά St 10 Ἴθμός St ‖ 12 Cigni St ‖ 13 κοχλιοριξ St (sic!) ‖ 14 subposturium St | Ὑποθητήριον St ‖ 15 Caerostatarium St ‖ 17 Ὑποχεύς St ‖ 22 Strata St ‖

In hoc ‚de argenteis' capitulo, quod ad copiam uocabulorum attinet, primum locum cernis tenere Interpretamenta Montepessulana, alterum I. Monacensia, tertium H. Stephani I., quartum denique Leidensia. sed non tacendum est, in multis

capitulis I. Monacensia Montepessulanis uberiora esse; Interpretamenta autem Henrici Stephani et Leidensia etiam in reliquis capitulis eodem quem supra deprehendimus modo decrescunt, ita ut Leidense uocabularium longe tenuissimum sit. qua uocabulorum uel maiore uel minore abundantia primo mihi uidebar extemplo uti posse, ut de tempore singularum recensionum coniecturas facerem; sed ea ratiocinatio per se sola admodum incerta est, quod haec uocabularia etiam causis quibusdam nobis ignotis uel augeri uel contrahi potuisse apparet. magis confidas uocabulorum atque, ut ita dicam, formarum uulgarium maiore aut minore frequentia, et quod ad hoc attinet, I. Leidensia multo puriora sunt quam Montepessulana et Monacensia. (de H. Stephani recensione haud facile iudicemus, cum nesciamus, quantopere editor illustris codicum fidem secutus sit). nunc confirmari uides, quod supra (p. 2) de recensionum condicione dixi, Leidensia nempe Interpretamenta πρωτότυπον, reliqua imitationes esse. nunc illius quoque capitulorum exiguitatis confidentius argumento utaris et iam plane dicas Interpretamentorum postea editores quasi materiam quandam principalem occupasse et de suis quemque thesauris noua uocabula uel nouas interpretationes subiecisse, ut hodie quoque eiusmodi libri ab editorum gente rarissime imminui, plerumque mirum quantum amplificari solent. accuratiora certe de his rebus non inquirere poterimus nisi post glossaria ipsa integre in lucem emissa.[33])

Non minores quam in uocabulariis in capita digestis animaduertimus discrepantias in glossariis ordine litterarum dispositis. etiam colloquia, quae in omnibus Interpretamentorum recensionibus exstant, licet ut glossaria ad unius speciminis similitudinem facta sint, tamen et ipsa tantopere inter se discrepant, ut re uera quattuor colloquia plane diuersa habeamus; sunt autem haec:

1. parua ‚conuersatio cotidiana' in Interpretamentis Leidensibus, e qua cetera colloquia (ut ex glossariis huius recensionis cetera glossaria) originem traxisse uidentur (ed. Boeckingii p. 89—95). eadem ‚conuersatio' aliquanto plenior in libro H. Stephani (glossaria duo etc. c. 281—286)

2. alterum colloquium ab Henrico Stephano editum (gloss. duo etc. c. 286—294)

3. colloquium Montepessulanum (Not. et extr. XXIII, 2, 310—328 et M. Hauptii opusc. II, 441—450)

4. colloquium Monacense (Not. et extr. XXIII, 2, 478—494 et M. Hauptii opusc. II, 508—520).

Colloquii Monacensis duae recensiones admodum inter se discrepantes exstant: antiquior et plenior cum interpretamentis adhuc coniuncta codicibus Monacensibus, de quibus capite primo disputabimus, tradita est: recentior deteriorque sine interpretamentis in codice Parisino 3049 et in libro Beati Rhenani et, omissa praefatione, in thesauro Vulcanii reperitur. Boucherius (in ‚not. et extr.') textum huius colloquii ad solum codicem Parisinum, Hauptius ad eundem codicem et ad librum B. Rhenani constituit; unde perspicuum fit nouam opusculi editionem ad illos quos dixi uetustiores plenioresque libros manu scriptos instruendam esse. accuratiora de ratione quae inter has duas recognitiones intercedat, tertio capite docebimus.

Haec hactenus. restat, ut libros et commentarios, quibus Dositheana uel Pseudodositheana tractantur, quantum fieri poterit plene colligamus. quod multis spero pergratum fore: nam litterarum monumenta, quae ad Dositheum spectant, tam difficulter indagantur, ut Ἑρμηνευμάτων recentissimum editorem, Boucherium dico, non solum multa alia grauissima, sed et editiones ipsae colloquii ‚Monacensis' ad unam omnes prorsus fugerint (‚Cet opuscule est inédit' not. et extr. XXIII, 2, 478). ne quid deesse uideatur, ea quoque scripta enumerabimus, quibus ‚Dositheana' obiter tractata uel leuiter tantum perstricta sunt. si mihi accidat, ut quaedam omittam, condonabunt ii, qui quam difficile sit talia plene perficere ipsi experti erunt.

Index librorum, in quibus Dositheana uel Pseudodositheana insunt:

1. ‚Theodori Gazae Thessalonicensis grammaticae institutionis libri duo, nempe Primus et Secundus, sic translati per Erasmum Roterodamum' etc. accedit ‚Colloquiorum familiarium incerto auctore libellus Graece et

Latine, non pueris modo, sed quibusuis, in cottidiano colloquio, graecum affectantibus sermonem, impendio futurus utilis, nunquam antehac typis excussus.' ‚Beatus Rhenanus Selestadiensis, Lucae Edenbergio Augustano S. D.' ‚Basileae Ap. Joann. Frobenium. Mense VIIIIBRI. Ann. MDXVI.'

2. ‚Colloquiorum familiarium incerto auctore libellus graece et latine, in cottidiano colloquio, graecum affectantibus sermonem, impendio futurus utilis.' Lovanii apud Theodoricum Martinum. Mense aprili, anno MDXVII. (Septem folia in IV⁰.) (Hoc scribo auctore Massebieauo in ‚notic. et extr.' XXVII, 2, 458).

3. ‚Familiarium colloquiorum formulae, graece et latine, Cebetis dialogus etc. etc. Basileae, MDXLII' ed. Albanus Torinus. (u. item Massebieauum in ‚not. et extr.' XXVII, 2, 461).

4. ‚Familiarium colloquiorum formulae, graece et latine. Cebetis philosophi Thebani dialogus qui πίναξ inscribitur cum latina interpretatione. Antuerpiae, in aedibus Joann. Steelsii. Anno MDXLVII' (u. Boucherium in ‚not. et extr.' XXVII, 2, 461).

5. Colloquia Pseudodositheana inesse suspicor etiam in ‚Dialogues grecs. Paris. Morel. 1561.' (u. ‚not. et extr.' XXVII, 2, 458).

6. ‚Glossaria duo e situ uetustatis eruta ad utriusque linguae cognitionem et locupletionem perutilia, item de Atticae linguae seu dialecti idiomatis comment. Henr. Steph. Vtraque nunc primum in publicum prodeunt. Anno 1573 excudebat Henr. Stephanus.' (Insunt uocabularia in capita digesta, duo 'colloquia (u. p. 13 sq), Hadriani sententiae etc.)

7. Thesaurus utriusque linguae etc. opera Bonauenturae Vulcanii Brugensis. Lugduni Batauorum. An. 1600. (Henrici Stephani glossaria duo' iterata sunt; accedunt et alia et colloquium ‚Monacense').

8. Cyrilli Philoxeni aliorumque ueterum glossaria latino-graeca et graeco-latina a Carolo Labbaeo collecta et in duplicem alphabeticum ordinem redacta. cum uariis emendationibus ex mss. codd. petitis uirorumque doctorum castigationibus ac coniectaneis. Lutetiae Parisiorum a. 1679 (u. Gust. Loewe ‚Prodromum' 218 ss).

9. Dosithei mag. liber III. continens Diui Adriani Imp. sententias et epistolas. M. H. Goldastus maximam partem auxit, emendauit, illustrauit. Excudebat P. de la Rouiere 1601.

10. Diui Adriani sententias et epistolas ed. Nicolaus Catharinus (u. Fabric. Biblioth. Graec. VII, 60. X, 59).

11. Fragmm. Papiniani, Pauli etc. ed. Petr. Pithoeus. Lutetiae ex off. Rob. Stephani 1573 (p. 113—115).

12. Cuiacius editionem Pithoei repetiit (u. Boeck. ‚Dos. Mag. . . Bonnae 1832' p. XXIV) atque in ‚obseruationibus' codice Sangallensi passim usus est (imprimis l. XIII, 31. XXI, 5, 6, 7.)

13. Salmasius ‚Obss. ad ius Atticum et Romanum. Lugd. Bat. 1645' p. 458 (u. Loewii prodrom. 209).

14. Raphael Volaterranus ‚Commentar. urban. IV, 56 (ed. I). (u. Haupt. opusc. II, 442).

15. Samuel Bochartius ‚Hierozoicon siue bipartitum opus de animalibus S. Scripturae' ed. IV. Lugd. Bat. 1712. I, 803, 32; 805, 54 = ed. ab Rosenmuellero iteratae (Lipsiae 1793—96) II, 125. 129.

16. Anton. Schultingius ‚Jurispr. uet. L. B. 1717' p. 803—809. 857—879.

17. Jo. Alb. Fabricius ‚bibliotheca Graeca' VII, 59. X, 52, 59. XII, 514—554.

18. Hygini genealogiam e Dositheo ed. Aug. van Staveren ‚Misc. Obss.' IX. 413—424.

19. J. C. Valckenarius ‚De Hygini fragmento Dositheano schediasma' in ‚Misc. Obss.' X. 108—123.

20. Jo. Verweius ‚Noua methodus docendi Graeca.' 1737.

21. Fragmentum ueteris iurisconsulti de iuris speciebus et de manumissionibus, quod seruauit Dositheus Magister . . . . . ed. Matthias Roever. Lugduni Batauorum 1739.

22. Jo. Lud. Guil. Beck ‚Jus ciu. anteiust.' Berol. 1815. I, 251—261.

23. Fr. Ad. Schilling. ‚Dissertatio critica de fragm. iur. Rom. Dositheano.' Lips. 1819.

24. Thesauri linguae Graecae Stephaniani editionis Londinensis (1816—1826) uolumen ultimum. (Insunt Caroli Labbaei glossaria etc. colloquia duo uetera Graeco-Latina (e Vulcanio repetita) etc., excerpta e Verweii praefatione ad nouam uiam docendi Graeca etc., Hadriani sententiae etc. cum excerptis de Dositheo e Fabricii bibliotheca Graeca et cum Goldasti notis).

25. ‚Eratosthenica' compos. Godofred. Bernhardy. Berol. 1822 (p. 131 ss.)

26. ‚De editione Charisii et Dosithei. Lindemanno, Viro clarissimo, Niebuhrius salutem' in ‚Jahrbücher f. Philol. u. Paedag. herausgeg. v. M. J. Chr. Jahn' II, 391—394 (1826).

27. ‚Dosithei Magistri Interpretamentorum liber tertius. Ad fidem codicum manuscriptorum Vossiani, Sangallensis et Scaligerani atque editorum librorum ope nunc primum integrum edidit commentariis indicibusque instruxit Eduardus Böcking. Bonnae 1832.'

28. Fr. Dübner ‚Beitrag zu den griechischen Wörterbüchern.' ‚Rhein. Mus.' 1834. 599. (Insunt obseruationes de glossariis ‚Dositheanis' et excerpta quaedam e codice Montepessulano 306. uid. p. 3 et adnot. 12.)

29. Carol. Lachmann ‚Versuch über Dositheus 1837' = ‚Kleinere Schriften' II, 196—216.

30. Heimbach ‚Das Dositheanische Fragment und die Sentenzen Hadrians' ‚Leipziger Repertorium' 1843, 58—63.

31. J. A. Bach ‚Histor. iurisprud. Rom'. III, 2, Sect. 5, § 29.

32. ‚Corpus Juris Romani Anteiustiniani consilio professorum Bonnensium E. Boeckingii, A. Bethmann-Hollwegii. E. Puggaei. Bonnae 1835.' (p. 194—227 insunt sententiae et epistolae Adriani et disputatio forensis Eduardo Boecking explicante et praefante).

33. Puchta ‚Curs. d. Institut.' I, § 104. N. 13.

34. Eduard Boecking ‚Einleitung in die Pandekten des gemeinen Civ. Rs. Bonn 1853'. I, § 19.

35. Eduard Boecking ‚Editio IV. fragmentorum Ulp.' Lips. 1855. p. 158.

36. M. Voigt ‚Die Lehre vom ius naturale, aequum et bonum und ius gentium der Römer. Leipzig 1856.' p. 617—630.

37. Ed. Huschke ‚Jurisprudentiae Anteiustinianae quae supersunt etc. Lipsiae 1861.' p. 323—333.

38. H. E. Dirksen ‚Die römisch-rechtlichen Quellen des Magister Dositheus' in ‚Denkschriften der Berliner Akademie der Wissenschaften, 1857, philol.-hist. Kl. N. 2' = ‚Hinterlassene Schriften . . . . herausgegeben von Sanio. Leipzig 1871.' II, 392—411.

39. Ed. Woelfflin ‚De Lucii Ampelii libro memoriali quaestiones criticae et historicae. Gottingae. 1854.' p. 24. 27.

40. Fr. Oehler ‚Dositheus und Charisius' ‚Rhein. Mus.' XVII (a. 1862), 55—65.

41. W. Christ ‚Die Leistungen auf dem Gebiete der alten lateinischen Grammatik' ‚Philologus' XVIII (a. 1862), 109—185.

42. Carolus Lange ‚De nexu inter C. Julii Hygini opera mythologica et fabularum, qui nomen eius prae se fert, librum.' Moguntiae 1865. p. 5—7.

43. Conr. Bursian ‚Zu Hyginus' ‚Jahrbücher f. klass. Philol.' 1866, 761—788.

44. A. Boucherie de interpretamentis Montepessulanis primum pauca prodit in ‚Académie des inscriptions et belles-lettres. Comptes rendus des séances de l'année 1868' p. 270—277.

45. A. Boucherie ‚Ἑρμηνεύματα (καὶ) καθημερινὴ ὁμιλία de Julius Pollux, publiés pour la première fois etc.' accedunt ‚Fables d' Ésope et fragment de droit Romain' in ‚Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale et autres bibliothèques' XXIII, 2, 277—613 (a. 1872).

Censuras huius editionis continent:

a) Revue critique 1873, II, 219 sqq. (A. Darmsteter)

b) Journal des savants 1873, 637 sq. (E. Egger)

c) Polybiblion IX, 149 (H. Gaidoz)
d) Revue archéolog. 27, 138 (Ch. Ruelle)
e) Bursiani ‚Jahresbericht' 1873, 1328 (A. Eberhard)
f) Académie des sciences et lettres de Montpellier. Mémoires de la section des lettres. tom. VI (1880), p. 41—70. (‚Un lexicographe du second siècle de notre ère' par M. Ch. Revillout). uid. etiam ‚Annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques en France' 1873, LVII.

46. A. Boucherie ‚Note additionelle sur les *ἑρμηνεύματα* et la *καθημερινὴ ὁμιλία* de Julius Pollux' in ‚Not. et extr.' XXVII. 2, 457—475 (a. 1879).

censuram huius additamenti habet ‚Revue critique' 1880, I, 512 (A. D[armsteter?]).

47. Herm. Hagen ‚De Dosithei Magistri quae feruntur glossis quaestiones criticae. Bernae 1877.' [34])

48. Maur. Haupt ed. colloquium Montepessulanum in indice lectionum hibernarum 1871 (opuscul. II, 441—450).

censuram libelli habes in ‚Philolog. Anzeiger' III, 360.

49. Maur. Haupt ‚Cottidiani colloquii libellus' in indice lectionum hibernarum 1874 (opuscul. II, 508—520). censuras libelli scripserunt:

a) O. Carnuth in Bursiani ‚Jahresbericht' 1876, I, 122.
b) A. Eberhard ibid. p. 229.

50. Maur. Haupt emendat Dosith. (ed. Boecking p. 16) in ‚opuscul.' III, 597.

51. Henr. Keil ‚Dosithei ars grammatica. ex cod. Sang. ed.' 1871. censuram scripsit:

H. Hagen in ‚Literarisches Centralblatt' 1871, 1268.

52. Henr. Keil ‚Dosithei ars grammatica' in ‚Grammaticorum Latinorum' uol. VII, 365—436 (a. 1880). censura libri inest in ‚Liter. Centralbl.' 1880, 1587.

53. Herm. Usener ‚Varronische Exzerpte', ‚Rhein. Mus.' XXIV, (a. 1869), 99. 102.

54. Jul. Steup ‚De Probis grammaticis. Jenae 1871.' p. 40.

55. ‚Hygini fabulae. ed. Maur. Schmidt. Jenae 1872.' p. LIII sqq.

56. Otto Jahn ‚Griechische Bilderchroniken. Bonn 1873' p. 97. 102—111. 121—122. (inest belli Troiani enarratio = ed. Boeck. 73—88 et pars colloquii alterius ab H. Stephano editi.)

57. Fr. Ruehl ‚die Textesquellen des Justin' p. 14 ‚Neue Jahrbücher h. v. Fleckeisen.' 6. Supplementband. a. 1872.

58. Gust. Loewe ‚Prodromus corporis glossariorum Latinorum. Lipsiae. 1876' 170. 205—209.

59. Carol. Robert ‚Eratosthenis Catasterismorum reliquiae. Berolini. 1878.' 17—20. 234. 236.

60. Fr. Buecheler ‚Coniectanea' ‚Neue Jahrbücher h. v. Fleckeisen' CXI (a. 1875), 311—313 et ‚Altes Latein' ‚Rhein. Mus.' XXXVI (a. 1881), 237.

61. Otto Crusius ‚De Babrii aetate' ‚Leipziger Studien' II, 2, 238 sqq.

62. Georg Knaack ‚Studien zu Hygin', ‚Hermes' XVI (a. 1881), 586.

Praeterea conferas etiam libros, quos de historia litterarum Romanarum conscripserunt Baehrius (4. ed. III. 344. 346. 497), Bernhardyus (5. ed. 93. 951), Nicolaius (843), Teuffelius (4. ed. 1018). — ad uitam ueterum describendam in usum uerterunt colloquia Pseudodositheana:

63. Leopold. Roeder ‚De scholastica Romanorum institutione. Bonnae 1828' p. 10 sqq. et passim.

64. Wilh. Ad. Becker ‚Gallus' 3. ed. p. 15.

65. Laur. Grasberger ‚Erziehung und Unterricht im klass. Alterthum' II, 149 sq, 246, 249 sq, 290 sq, 310.

Quamquam fortasse utile multisque haud ingratum esset, si omnium quos enumeraui librorum et locorum naturam rationemque accuratius describerem, tamen, ne has paginas nimis onerem, nihil aliud nisi breuiter possum significare, qui libri hodie ad Dositheana inquirenda maxime pertineant; sunt enim ii, quibus numeri praefixi sunt 1, 6, 7, 8, 23, 24, 27, 28, 29, 30, 38, 43, 45, 46, 47, 48, 49, 52, 58, 60.

Hoc loco iucundissimum mihi est gratias persoluere singulares omnibus, qui hoc opusculum adiuuerunt. primus mihi nominandus est Guilelmus Meyer Spirensis, bibliothecae Monacensis egregius secretarius, qui et codicum Monacensium notitiam mecum liberalissime communicauit et multa alia, quaecumque opus erant subsidia, eximia qua excellit comitate mihi indicauit. etiam Du Rieuo, uiro excellentissimo, qui codicum Leidensium mihi copiam fecit, gratiam haud mediocrem debeo. — codices uero Sangallensem et Parisinum, cum in urbe Sancti Galli et Lutetiae uersarer, partim transcripsi, partim cum editionibus contuli. — consiliis perbeneuolis tenuitatem meam sustentare dignati sunt etiam Conradus Bursian et Guilelmus Christ. his uiris, studiorum meorum auctoribus et fautoribus, nunquam non erit grata discipuli uenerabundi pietas.

I.

De codicibus Monacensibus Latinis numeris 13002 : 22201 : 27317 signatis.

Codex Monacensis, numero 13002 insignitus, anno 1158 scriptus, continet glossarium Salomonis. post hoc sequuntur fol. 209r—218r ‚*Ἑρμηνεύματα Interpretamenta.* eadem Interpretamenta exstant item post glossarium Salomonis in codice Monacensi numero 22201 signato, anno 1165 scripto, fol. 223r — 235v. codex Monacensis 27317, saec. XV. exeuntis, chartaceus, foliorum 21, eorundem Interpretamentorum partem maiorem continet, desinens uerbis ‚*Peritis dicis De causa*’ (l. III, 305): intercidit igitur fere totus liber III. hic codex prius libro impresso coniunctus erat (glossarii Salomonis editioni celebri monasterii S. Afrae et Udalrici).*

In his codicibus Interpretamenta inesse primus animaduertit mihique liberaliter indicauit Guilelmus Meyer Spirensis. eosdem codices opinor Gustauum Loewium in animo habere, cum in libro qui ‚Prodromus’ inscribitur obscure *αἰνιττόμενος* dicit (207) ‚*Praeter hos libros duos codices noui, quibus item Dositheana contineri nondum notum est.*’

Interpretamenta Monacensia e tribus libris constant, quorum p r i m u s post praefationem et colloquium quoddam scholasticum glossarium ordine litterarum dispositum, a l t e r uocabula certis generibus distributa, t e r t i u s ‚fabulas cottidianas’ continet.

---

*) Codd. 13002 et 22201 accuratius describuntur in ‚Catalogi codicum manu scriptorum bibliothecae regiae Monacensis’ tomo IV, 2, 91 et t. IV, 4, 28.

De ratione, quae inter haec Interpretamenta et alia opera similia intercedit, pauca in praemonitis indicaui, plura et accuratiora alias docebo. nunc codicum ipsorum Monacensium natura et origo et fides excutienda sunt. codicem Monacensem 13002 litteris *Ma*, cod. 22201 litteris *Mb*, cod. 27317 litteris *Mc*, archetypum, ex quo *Ma Mb Mc* ductos esse mox apparebit, compendio *M* significabo.

Ma Mb Mc ex eodem exemplari descriptos esse e miro intellegitur eorum consensu, qui et ad summam rerum et ad plurima singula pertinet. paucis refutari potest opinio, unum ex altero originem duxisse. nam Ma non ex Mb manasse et maiore codicis Ma uetustate et, si anno in codice adnotato diffidas, certe nonnullis lacunis codicis Mb comprobatur. quae lacunae in Mc pariter atque in Ma supplentur; unde iam intellegis neque Mc ex Mb fluxisse. desunt enim in Mb:

l. II, c. 6	Aspis Clipeum
	Anagrafe Tituli
	Ippis Equestres
	Dora Dona
c. 46	Andrias Statua
III, 284	Pros tina Ad quem
III, 334	Accipe ab eo nummos
	Ceacoluthi Et sequere
	Catosynetaxometa.

Neque Mb neque Mc ex Ma deriuatum esse, item nonnullis lacunis codicis Ma, quae in Mb et Mc explentur, facile demonstratur. interciderunt, ut hoc quoque exemplis confirmem, in Ma:

l. I, 195	Commentarium glosas (Mbc)
II, c. 14	Pterne calcania (Mbc)
c. 16	Ethiops ethiops (Mb: Ethiops Etiops Mc)
c. 18	Throfi cibum (Mb: Trofi cibum Mc)
c. 24	Opops Tubulus (Mbc)
c. 28	Diatiposis deformatum (Mbc).

Codices recentiores (Mb Mc) non e uetustiore (Ma) ductos esse insuper ea re comprobatur, quod ii nonnullas bonas lectiones

exhibent, quarum librarii ipsi, uiri prorsus indocti, auctores haberi non possunt.

Ma Mb Mc ex eodem archetypo originem duxisse haud difficulter euincitur, quod et nonnullae lacunae et menda innumerabilia trium codicum communia sunt. de ingenti exemplorum copia pauca afferre liceat. in Ma Mb Mc pariter leguntur:

l. I, 3	Tychos fortuna (l. *τύχη* fortuna)
I, 16	Diatis discherian (l. *διὰ τὴν δυσχέρειαν*)
I, 164	Ote apte dicunt (l. *ὅτε ἀπεδίδων*)
I, gloss.	O felix utilis (l. *ὠφέλιμος* utilis)
II, c. 8	Panathynea Quinque patria (l. *Παναθήναια* Quinquatria)
c. 10	Mitarii (l. Imitarii)
c. 14	Zeo vita (l. *ζωή* uita)
c. 14	Celafi (Celaphi Mc) Caput (l. *κεφαλή* c.)
c. 42	Amoxopios Armentarius (l. *ἁμαξοποιός* carpentarius)
c. 42	Netroforos Vespertilio (Vesperilio Mc) (l. *νεκροφόρος* uespillio)
c. 43	Ypotheci Pudicicia (l. *ὑποθήκη* fiducia)
c. 48	Acroatyrion Promunctorium (Acroatirion Promuneratorium Mc) (l. *ἀκρωτήριον* promunturium)
c. 49	Erici Obripilatio (Eria Opribilatio Mc) (l. *φρίκη* horripilatio)
c. 51	Tetromenta seuiati (l. *τετρωμένοι* sauciati)
c. 52	Nithin tenere (tenera Mb) (l. *νήθειν* nere)
III, 371	Uchria necho Cetoyca non pyiso (l. *οὐ χρείαν ἔχω, καίτοι* (?) *ἱκανοποιήσω*)*)
III, 585	Diaton peton Propter lumen (l. *διὰ τοῦ πτεροῦ* Per pteroma)
III, 737	Date genera (l. date cenare)
III, 745	Da filiolam (l. da phialulam)
III, 779	Ne moreris per noctem (l. nemo extra pernoctet).

---

*) Hic locus et sequentes tantum in Mab exstant, cum in Mc, ut supra docui, l. III inde a u. 305 desit.

Iam lacunarum codicibus Mabc communium exempla afferam:

l. II, c. 15 Pistos Fidelis
Apistos Impatiens*)
c. 37 Stoa Vicus**)
III, 394 Edocas auto Dedisti
Epelagis Dedi illi
Eitinois (Mitinos Mb) Caruisti
Chrianechis Numquid aliquid
Seigienin Opus habes
(l. *ἔδωκας αὐτῷ; Ἔδωκα. Ἀπηλλάγης. Μήτινος χρείαν ἔχεις; Σὲ ὑγιαίνειν.* dedisti illi? Dedi. Caruisti. Numquid aliquid opus habes? T e u a l e r e.)
III, 664 Plynon poterin Laua calice (calicem Mb)
Synceraston Aqua calida (aquam calidam Mb)
Synceranson Tempera
(l. *πλῦνον ποτῆριν ὕδατι θερμῷ. συγκέρασον.* laua calice[m] aqua calida. tempera).

Postquam argumentis firmis comprobaui Mabc ex uno archetypo (M) descriptos esse, ille archetypus ipse qualis fuerit accuratius nobis perscrutandum est. codicem M litteris minusculis scriptum fuisse, e multis colligas litterarum permutationibus, quae partim in Ma, partim in Mb, partim in Mc, partim in omnibus exemplaribus pariter inueniuntur.***) imprimis huc pertinent eae litterarum permutationes quas iam enumeramus:

b scriptum est pro *li*
c pro *e*, *o*, *t* et uice uersa *e*, *o*, *t* pro *c*

---

*) Vocis *ἄπιστος* Latina et uocis *impatiens* Graeca interpretatio intercidit.

**) L. *στοά* porticus *κώμη* uicus.

***) Quod multa eiusmodi menda in Mabc item reperiuntur, indicare uidetur, iam in M multa menda litteris minusculis male intellectis oriunda exstitisse atque etiam M ex archetypo litteris minusculis scripto deriuatum esse. sed hoc non potest satis certe euinci, quod ubicumque Mab uel Mabc ita consentiunt, id casu quodam fieri potest. itaque num etiam codicis M archetypus litteris minusculis scriptus fuerit, non amplius examinabo.

d pro *cl* et u. u. *cl* pro *d*
el „ *d*
f „ *ſ* et u. u. *ſ* pro *f*
h „ *b*
m „ *u*, *in*; similiter *min* pro *mni*, *mini* pro *nimi*, *nn* pro *im* etc.
n „ *r*
o „ *i*
t „ *i*, *l*
u „ *li* etc.

Menda, quae in principio glossarum inueniuntur, fere omnia e litteris maiusculis permutatis orta sunt. ad hoc genus imprimis pertinent:

Al pro *M* et u. u. *M* pro *Al*
C „ *L*, *O*, *T* et u. u. *L*, *O*, *T* pro *C*
E „ *C*, *F*
I „ *L*, *T* et u. u. *L* pro *I*
L „ *T*
P „ *C*
T „ *P*
V „ *Cl* etc.

Ad singulas quas adnotaui permutationes confirmandas iam exempla sequuntur:

II, c. 44 Mac Alisidion : Mb Absidion (l. *ἀλυσίδιον*)
c. 16 Mabc Actus (l. aetas)
c. 31 Ma Acron : Mbc Aoron (l. *ἄωρον*)
c. 11 Ma Pancratiaste : Mb Panchraciaste : Mc Pacratiaste (l. *παγκρατιασταί*)
c. 15 Mabc Erechistis (l. *ἐρεθιστής*)
c. 16 Mac Parthenos : Mb Parchenos (l. *παρθένος*)
c. 21 Ma Archymata : Mb Archimata : Mc om. (l. *ἀρτύματα*) *)

*) M exhibuit ‚Arthimata'; de mira librariorum licentia in litteris t—th, p—ph, c—ch etc. permutandis infra disputabimus.

c. 49 Mac Bicia : Mb Bytia (l. *βικία*) *)
III, 499 Ma eli datudamu : Mb cli datudamu (l. *κλεῖδα τοῦ ταμιείου*)
II, c. 49 Ma Soarifare : Mbc Scarifare (l. scarifare)
I, 203 Ma Apethritin : Mb Apetrithin**) : Mc Apecithin (l. *ἀπεκρίθην*)
II, c. 15 Mabc Autorestos (l. *αὐτάρεσκος*) ***)
c. 3 Ma Eridomida : Mb Ethiromida : Mc Etiromida †)
c. 14 Ma Catatis : Mbc Catadis (l. *κατακλείς*) ††)
c. 18 Mac Ventridu : Mb Uentriculi (l. uentriclum) †††)
c. 32 Ma Periclion : Mb Perydion : Mc Peridion (l. *περίκλινον*)
c. 39 Ma Claudicare : Mbc Claudare †*)
III, 474 Mab Inaclynitu mena peltin (Mb peltyn) (l. *ἵνα δυνηθῶμεν ἀπελθεῖν*)
I, 114 Ma Prodthon : Mb Protton (corr. e Prodton) : Mc Proelthon (l. *προῆλθον*)
II, c. 36 Ma Refina : Mbc Refina (l. resina)
c. 21 Ma Lohia : Mbc Lobia (l. *λόβια*)
c. 14 Ma Minmi : Mb Mnimu : Mc Anum (l. *μνήμη*)
c. 25 Mab Mulus : Mc om. (l. inuleus)

*) litt. *c* et *t* ante *i*, quod uocalis sequitur, permutatas etiam e pronuntiatione simili explices; sed attuli nonnulla exempla, in quae hoc non cadit.

**) Talem aspirationis metathesin nescio unde oriundam in Mab saepius inuenimus.

***) Sed fortasse statuas *αὐτάρεστος* re uera exstitisse (secundum *εὐάρεστος δυσάρεστος* uocabulorum analogiam).

†) In Latinis respondet *caligo*. M uidetur exhibuisse *ethiromicla*, et legendum esse credo: *αἰθήρ, ὀμίχλη* caligo.

††) M habuit *Cataclis;* librarii *d* pro *cl* legerunt; sed Ma librarius illa quam supra indicaui licentia, t pro d posuit.

†††) Mb scriba, qui formas uulgares saepius ad bonae Latinitatis normam dirigit, etiam hic suo arbitrio terminationem correxit; nam in M perspicuum est *uentriclum* scriptum fuisse.

†*) L. *cauclare* (subst.), uocabulum in sermone uulgari pro *calculare* usitatum; ex *cauclare* fiebat *caudare*, quod librarii emendandi malo studio ducti in *claudare* et *claudicare* mutauerunt.

c. 22 Mab Smunena : Mc Smumena (l. σμύραινα)
I, 128 Ma Isolthon : Mb Isilton : Mc Isilthon (l. εἰσῆλθον)
II, c. 28 Mab Introttum : Mc Introitum (l. introitum)
II, c. 28 Mabc Zeta (l. cella)
c. 25 Mabc Gau (l. γαλῆ; M hab. Gali).

Codicem M litteris minusculis scriptum fuisse, etiam minore argumentorum copia effici potuit: sed id quoque assequi uolui, ut codicum Mabc et archetypi naturam et librariorum quasdam proprietates iam hic aliquantulum adumbrarem.

Sequuntur pauca exempla litterarum quas dicere consueuimus initialium permutatarum:

II, c. 18 Mabc Alica (l. mica)
c. 14 Ma Mapa : Mbc Alapa (l. alapa)
c. 28 Ma Ceucanis : Mb Leuchanis : Mc Leucanis (l. λευκανίς)
c. 44 Ma Closfiron : Mb Clostyron : Mc Olostyron (l. ὁλόσφυρον)
c. 49 Ma Crauma : Mbc Trauma (l. τραῦμα)
c. 15 Mab Lillos : Mc Tillos (l. κυλλός)
c. 14 Mabc Oulia (l. κοιλία; οι in Mabc saepissime litt. u significatur)
c. 25 Mac Ctini : Mb Ethini (l. κτήνη)
c. 49 Mab Erici : Mc Eria (l. φρίκη)
c. 14 Ma Jactima : Mbc Lactima (l. λάκτισμα)
c. 16 Ma Jeras : Mbc Teras (l. τέρας)
III, 576 Mab Lento idio (Mb ydio) tico (l. ἡ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ)
II, c. 35 Mac Coricos : Mb Poricos (l. κώρυκος)
c. 19 Mabc Teruentus (l. peruetus: uix conicias ‚ter uetus')
c. 6 Ma Viros : Mb Cleros : Mc Gloros (l. κλῆρος).

Etiam eiusmodi menda, ut codicum Mab uel Mabc frequens consensus docet, multa iam in M exstabant.

Pauci codicum errores ex permutatione litterarum maiuscularum in mediis uocabulis positarum oriundi sunt. plurima enim et grauissima menda in Ἑρμηνεύματα Monacensia illa aetate irrepserunt, qua librarii linguae Latinae parum periti, Graecae prorsus inscii exemplaria minusculis litteris scripta

imitabantur. sed illos quoque librarios qui codices litteris maiusculis exaratos adhibebant, neutra lingua satis calluisse, e multis indiciis apparet, atque minorem eiusmodi corruptelarum copiam non credo nisi inde explicandam esse quod litterarum maiuscularum formae ipsae, ut quae distinctiores et expressiores esse soleant, facilius a scribis intellegebantur.

G r a e c a e m a i u s c u l a e nonnullae inter se permutabantur uelut *Δ—Α*, *ΛΙ—Μ*, *Η—Η*, *Τ—Γ*. C saepius ut C Latinum legebatur, item X ut X Latinum. paucis utar exemplis:

II, c. 14 Mabc Didimon (l. *αἰδοῖον*) *)
c. 15 Ma Acatalimtos : Mbc Achatalimtos (l. *ἀκατάμεμπτος*)
c. 14 Mabc Anapnon (l. *ἀναπνοή*)
c. 41 Mabc Alona (l. *ἀλωή*; litt. *α* adiciebatur a librario)
c. 48 Mabc Stetasmata (l. *στεγάσματα*)
c. 42 Ma Crycotis : Mbc Chrycotis (l. *χρυσωτής*)
III, 316 Mab Endictoa (l. *ἐν τῇ στοᾷ*)
II, c. 21 Mabc Crusolaxana (l. *χρυσολάχανα*)
II, c. 21 Mabc Agriolaxanon (l. *ἀγριολάχανον*).

Rarissime m a i u s c u l a e L a t i n a e permutabantur, uelut:

II, c. 8 Mac Cami Neptune : Mb Caim Neptune (l. *γάμοι* nuptiae; NVPTIÆ in NVPTNE, et hoc, fortasse propter eiusdem capituli glossam *Neptunalia* in NEPTVNE corruptum est); P saepius cum R confunditur, ut:
II, c. 8 Mabc Seraria (l. Serapia); S pro C inuenitur, ut:
II, c. 52 Mabc Subitum (l. cubitum).

Nonnullis corruptelis manifestum fit, t e x t u m G r a e c u m i a m a n t i q u i s s i m a a e t a t e L a t i n i s l i t t e r i s e x - p r e s s u m e s s e, quod saeculo septimo octauoque in Italia saepe factum esse constat. argumentis uti liceat:

II, c. 11 Mab Pyste : Mc Piste (l. *πύκται*). quod ex PYCTE ortum est, cum C aut ut S intellegeretur aut cum Graeco C permutaretur (cf. not. et extr. XXIII, 2, 307); item:

---

*) Ex *ΑΙΔΟΙΟΝ* factum est *ΔΙΔΟΙΟΝ* et inde, fortasse propter *δίδυμοι*, quod in eodem capite sequitur, *didimon*,

II, c. 49 Mabc Calasticon (l. γαλακτικόν)

II, c. 49 Mac Cateasma : Mb Catheasma (l. κάταγμα: error e CATACMA ortus est, ubi C pro G scriptum fuit). eiusdem generis est:

II, c. 15 Ma Eytrarilos : Mb Eytrarylos : Mc Eytralilos (l. εὐτράπελος; corruptela nata est ex EYTRAPELOS, cum aut P cum Graeco P permutaretur aut P male scriptum ut R legeretur); item explicanda sunt:

II, c. 20 Mabc Orora (l. ὀπώρα)

c. 38 Mab Eraclia : Mc Eradia (l. ἐπαρχία)

c. 44 Mab Romfilax : Mc Ramfilax (l. πομφόλυξ).

Non prius quam post uniuersum opus litteris Latinis expressum maiusculae litterae in minusculas mutatae et uocabula separata sunt. librarius uel librarii, qui hoc fecerunt, Graecae linguae omnino rudes, Latinae parum periti erant. nonnulla menda, quae litteris maiusculis Latinis minus recte intellectis commiserunt, modo commemoraui; multo magis textum turbabant uocabulis secundum rationes ineptissimas uel potius sine ulla ratione separandis. librarii codd. Mabc, utpote qui et ipsi linguae Graecae imperiti essent, nihil potuerunt nisi uerba Graeca iam mirum in modum deformata et deprauata in sua exemplaria recipere; paucas ineptias uero et ipsi adiecerunt. insulso quodam studio ductus ille, quinis uocabula separandi negotium suscepit, uerba Graeca saepius ita seiunxit, ut ea ad sermonis Latini similitudinem propius admoueret atque uocabula Latine sonantia fingeret, uelut:

I, 164 Mabc Ote apte dicunt (l. ὅτε ἀπεδίδων)

III, 305 Mabc Peritis dicis (l. περὶ τῆς δίκης)

III, 341 Ma Et martyropoises : Mb Et martyropoyses (l. ἐμαρτυροποίησας)

III, 444 Mab ipsis auto (l. εἴποις αὐτῷ)

III, 691 Mab Epidosmichi (Mb Epidosmachi) regimagion (l. ἐπίδος μοι χειρεκμάγιον) etc.

Nonnullae eiusmodi lectiones nobis illa aenigmata inscriptionum in memoriam reducunt, qualia in ‚foliis uolantibus' et alias legere consueuimus.

Reliquum est, ut codices Mabc ipsos breuiter describamus eorumque inter se rationem et fidem definiamus.

Librarius codicis Ma, qui ne Latine quidem doctus fuisse uidetur, exemplar suum stupide, sed diligentissime describens, ab archetypi lectionibus aliquoties oculorum lapsu uel calami, numquam de industria recedit. Mb autem scriba nimis libenter pusilla eruditione Latina ad textum mutandum abutitur; imprimis formas uulgares audet reconditioribus expellere, terminationes mutilas reficere, uocabula rara aut sibi quidem ignota usitatis tritisque commutare, lectiones archetypi, ut paucis dicam, omnino non conseruare. aliquoties sane lectionem in archetypo corruptam emendat, nonnunquam etiam rectius legit quam Ma librarius, qui magis depingit quam describit, haud raro autem stolida eius sapientia in errores ridiculos incidit. in libri II, c. 38, ut exemplo utar, Ma et Mc ex M recte descripserunt *Thermopolion Lupinarium*; Mb scriba, cui *lupinarium* uox inaudita est, *lupanarium* scribere praeoptat; c. 39 Mac librarii fidem archetypi secuti *Ciclos Urbis* scripserunt; Mb librarius, ut cui hoc *Urbis* genetiuus esse uideatur, audacter *Urbs* emendat (l. κύκλος orbis); c. 49 exhibet Ma *Catarus distillatio* (Mc om); Mb scriba, qui uocabula καθαρός *mundus* e capite 17 uel 51 uel aliunde nouerat, non ueretur suo periculo *catharus mundus* in codicem recipere (l. κατάῤῥους distillatio). in colloquiis (u. 696) legimus in Ma *cylidiom aqualem*; Mb scriba, qui uocem *aequalis* didicit, confidenter *equalem* ponit, rectae lectionis uestigium etiam magis obscurans (l. κοιλίδιον aqualiculum uel aqualiclum). ne Graeca quidem uerba librarius incredibili qua gestit imprudentia et impudentia relinquit intacta, uelut in l. III, 574 Ma recte ex M depinxit *Puce leuis*; Mb scriba, cui hoc parum Latine sonat, archetypi lectionem in *Pauce levis* mutat (l. ποῦ κελεύεις); III, 688 Ma *Ydrogara* habet, Mb magis nimirum latinizans *ydor parum* scribit (l. hydrogarum). Vtriusque scribae natura etiam ex ipsa scriptura perspicue elucet; librarius scilicet codicis Ma tarde, grauiter, sed non sine quadam uenustate magis pingit quam scribit, alterius autem scribae manus prompta et exercitata, sed paulo neglegentior est.

Mc denique codicem ad multos locos enodandos non sine utilitate inspicias: sed eius quoque librarium monendum est quaedam uocabula, imprimis Latina — Graece enim non magis doctus fuit quam Mab librarii — suomet ipsum arbitrio mutasse. illa autem diligentia et subtilitate qua Mab scribae usi sunt, adeo caruit, ut multa uocabula temere omitteret.

Fere plurimae codicum Mabc lectiones uariae ex illa quam supra dixi (p. 24) incredibili librariorum oriundae sunt licentia, qua omnes litteras similiter sonantes temere inter se permutabant, uelut i—y, b—v, c—g, c—z, d—t, t—th, c—ch, c—cch, k—ch, p—ph, ph—f etc. immo tanta eorum est neglegentia, ut saepius eiusdem uocabuli bis uel ter positi scripturam uarient.

Hoc denique sciendum est hominem quendam prorsus indoctum codicem Mb, codice Ma usum, obiter ita correxisse, ut nonnulla librarii Mb bonas scripturas in peius mutaret, nonnullos quos Mb scribae imprudentia commiserat errores emendaret. exemplis utar:

l. II, c. 28 Ma Lipis : Mb Lapis (superscr. i) : Mc Lapis (l. lapis)

c. 40 Mac Cauculus : Mb Calculus superscr. *v*; Mb libr. hic ut saepissime pro forma uulgari reconditiorem posuerat; item in tribus exemplis, quae sequuntur:

c. 45 Ma Supostorium : Mc Suppostorium : Mb Suppositorium

c. 47 Mac Marclum : Mb Marcellum

c. 52 Mac Pedicli : Mb peduculi, superscr. *pedicli*;

c. 48 Ma Orator : Mc Hortatur : Mb Hortator, superscr. *orator* (l. hortator).

Minoris momenti sunt quaedam aliae codicum Mabc differentiae. in Mb, ut hoc quidem afferam, multi accentus, plerumque falso loco positi, et plura compendia quam in Ma reperiuntur; *u* et *v* in Mb promiscue, in Mac fere semper *u(V)* scriptum est; *ae* in textu Latino Mb solus exhibet, Mac ubique *e* scribunt. mirum uideri potest, quod in Mb, recentiore codice, uocabula rarius separata sunt quam in uetustiore Ma; sed hoc cadit in ipsam scripturam magis coartatam Mb librarii, ut qui nonnulla, quae in Mx iam seiuncta erant, denuo coniunxerit.

Ex iis quae exposui iam satis apparere credo codicis Ma fontem longe puriorem esse quam Mbc: nihilominus ad nonnullos locos emendandos ne recentiorum quidem librorum auxilium spernendum est. quamquam quotiescumque codicem Mb consules, summam cautionem adhibere debebis: nam Mb librarius cum multa alia mutat tum formas uulgares imprudentissime quasi furca expellere studet. hanc naturam autem, ut ita dicam, uulgarem Interpretamentorum ab initio propriam fuisse eo efficitur, quod etiam in oratione contexta colloquiorum plurimae sermonis uulgaris occurrunt proprietates, ad constructionem pertinentes: eas autem nullo modo cogitari potest — quod forsan de singulis formis statuas — librariorum neglegentia in textum irrepsisse.

Ne quid deesse uideretur quaedam nolui praetermittere, quae ad textum emendandum rarius spectant, sed per se ipsa memoratu digna sunt.

In nonnullis glossis prima littera intercidit, uelut:
II, c. 3 Ma Spera : Mbc Sphera (l. ἑσπέρα)
c. 40 Mabc Receptor (l. praeceptor).

Qui defectus inde explicandus est, quod librarii, cum folium aut uolumen ad finem perduxerant, tum demum initiales litteras colore rubro inscribere solebant; ita factum est, ut in M (aut in huius codicis archetypo) nonnullae litterae intercidérent.

Glossae Germanicae ad marginem adscriptae, quales in iis partibus codicum Ma et Mb, quae post Interpretamenta sequuntur, plurimae exstant*). in ipsis Interpretamentis duae tantum inueniuntur: l. II, c. 2 Ma Grando scur : Mb grando hagil v shur; ibid. Ma Glaties is : Mb glaties isz (Mc has gloss. om). ut Ma et Mb codicum consensus docet, iam archetypus haec glossemata exhibuit, unde colligas etiam M probabiliter in Germania exaratum esse.**)

---

*) Vid. ‚Die althochdeutschen Glossen gesammelt und bearbeitet von Elias Steinmeyer und Eduard Sievers' v. I. 1879, Abteil. B (passim).

**) De Ma et Mb hoc pro certo statuas. u. catalogi codd. Monac. locos, quos supra (p. 20) laudaui.

Ad spinosas de pronuntiatione, potissimum Graeca, quaestiones *) expediendas codices Mab nonnihil adiuuant. aegerrime tamen ferimus, quod non pro certo statui potest, qua aetate quibus rationibus uerba Graeca in maiusculas Latinas transcripta sint. prisca sane aetate hoc factum esse et ea docent, quae supra (p. 27) attuli et id, quod in glossario ad ordinem litterarum digesto OI ubique (etiam in reliquis *Ἑρμηνευμάτων* partibus saepenumero) littera *V (u)* exprimitur. ceteroquin Graeca ad eam potissimum pronuntiationem transcripta sunt, qua Graeci hodie utuntur: sed parum sibi constabant librarii, eademque licentia quam supra deprehendimus (p. 30), non minus hic uituperanda est:

H	promiscue exprimitur litteris	*e*, *i*, *y*
I	exprimitur litteris	*i*, *y*
Y	" "	*i*, *y*, *u*
AI	" "	*ai*, *e*
EI	" "	*i*, *y*
OI	" "	*u*; *i*, *y*
AY	" "	*au*
EY	" "	*ey*, *eu*
OY	" "	*y*, *u*
B	" "	*b*, *u*
K	" "	*c*, *k*.

Grauissimi autem momenti mihi lectiones esse uidentur ut *galeni* (II, c. 2. l. *γαλήνη*), *Tin semeron* (III, 302. l. *τὴν σήμερον*), *Diigesome* (III, 582. l. *διηγήσομαι*) etc., quas equidem non uereor audacter contendere ex ipsius natura pronuntiationis oriundas esse; nam certum haberi potest, illud *η*, quod sono acuto (‚Hochton') fruebatur, melius et facilius naturam suam conseruasse, quam *η* accentu carens uel leni sono ictum, quod fieri non potuit, quin paulatim in uocalem quam dicunt ambiguam (‚unbestimmter Vocal') atque inde in *i* mutaretur.

*) Cf. Conr. Bursian ‚Ueber die Aussprache des Griechischen.' (Verh. d. 20. Vers. deutscher Philol. i. Frankfurt a./M. 1861. p. 183—195) et Fr. Blass ‚Die Ausspr. d. Griech. Berlin. 1882.'

Atque hoc quidem uides cum illa librariorum inconstantia fieri non posse, ut e uocabulo semel uel bis transcripto pronuntiationem eius ueram atque sinceram colligas. fortasse autem ex hac ipsa inconstantia recte efficias transcriptionem iam prisca aetate factam esse. illis nimirum temporibus, quibus recentior pronuntiatio iam omnino quasi uictrix discessisset, uocabula Graeca non potuerunt nisi sine ulla haesitatione Latinis litteris exprimi. illa autem aetate cum antiqua pronuntiatio non sine multa fluctuatione sensim in recentiorem mutaretur, transcribendi negotium necessario magnas difficultates et dubitationes habuit: nam hanc mutationem non in omnibus regionibus constat pariter processisse; scholis primo eam repressam, postea adiutam esse non minus certum est. quod etiamnunc animaduertas, cum homines indocti in multis uocabulis *η* ut *e* enuntient (*ἡμεῖς* ut *emis*, *σίδηρος* ut *sideros*, *θηρίον* ut *θerion*) atque in schola demum litteram *η* ubique ut *i* dicere cogantur.

Mirus error in littera ***H*** (*η*) transcribenda in glossarium ordine litterarum digestum irrepsit. auctor transcriptionis, ut uidetur, littera ***H*** praeposita uel ad marginem adscripta significare uoluit, hoc *I* (*η*) ab *I* (*ι*) infra sequente diuersum esse; postea autem librarii litteram ***H*** cum uocabulis ipsis ita coniungebant, ut nunc legamus *Hineca Attuli, Hicti Adductus sum, Higago Adduxi, Hirisa certaui, Higorases Emisti etc.*

Grauissimum denique est ad linguae Graecae uulgaris naturam perspiciendam, quod in uerbis in *αύω*, *εύω* cadentibus (etiam in nonnullis substantiuis) saepenumero littera *g* hunc in modum inserta est: *Geugi* (*γεύη*), *Geugete* (*γεύεται*), *Iceteugo* (*ἱκετεύω*), *Celeugo, Celeugis* (*κελεύω*, *κελεύεις*), *Cyrieugo* (*κυριεύω*), *Paugome* (*παύομαι*), *Fugadeugo* (*φυγαδεύω*), *Pleugmon* (*πλεύμων*), *Sceuge* (*σκεύη*). hic usus linguae Graecae uulgaris proprius et peculiaris iam altero ante Chr. n. saeculo inuenitur, ut alias contra Carolum Foy argumentis probaui. *)

*) Bayer. Gymnasialblaetter 1880, 371. cf. de hoc usu Mullachii ‚Grammatik der griech. Vulgarsprache. 1856' p. 140; G. Curtii ‚Grundzuege der griech. Etymologie'[4] p. 598; Caroli Foy ‚Lautsystem der griech. Vulgaerspr. 1879' p. 64.

Praeter hoc etiam alia uestigia pronuntiationis usu uulgari deprauatae et in Graecis et in Latinis animaduertas. crebro litt. *B* et *V* permutantur: pro *X* legimus *S*. uelut l. II. c. 51 Mabc *Ausiliatores*, uel in uocabulis Graecis, ut II, c. 51 Mabc *Diatasis* et *Paratasis* (l. διάταξις, παράταξις), ibid. Ma *Anassurides*: Mb *Anaffurides* (u. p. 24): Mc *Anasfurides* (l. ἀναξυρίδες). conferas etiam l. I, 143 Mabc *Grassas de* (l. γράψας δέ). *R* pro *L* scriptum est: l. II, c. 51 Mabc *Gradium* (l. gladium).

Nihil uideo quod reliquum sit quam ut summam eorum, quae de Interpretamentorum Monacensium traditione explanaui, iam breuiter repetam: codex Interpretamentorum, in quo litteris maiusculis Graecis Graeca Latina Latinis scripta erant, antiqua aetate in maiusculas Latinas transcriptus est. ex hoc fonte fluxit codex litteris minusculis scriptus, quem compendio *H* signaui. pauca menda litteris maiusculis permutatis, plurima minusculis male intellectis nata sunt. illi librarii (ut M, Ma, Mb), qui recentiore aetate Interpretamenta Monacensia descripserunt, utpote qui indocti essent, si singulas formas exceperis pauca ipsi mutauerunt. unde iam facile concludas textum Interpretamentorum — quod summi momenti est — nonnullis saeculis ante id, quo duo antiquiores codd. Monacenses exarati sunt, (sc. duodecimum), ita fere ut nunc in Mab se habuisse. e codicibus Monacensibus fundamento utaris oportet exemplari antiquissimo (Ma), recentiores libri, imprimis Mb, non sine summa cautione adhibendi sunt.

II.

Tractantur codex Sangallensis 902 : codex Monacensis 601 : codex Leidensis Voss. Gr. IV° 7 : codex Leidensis Voss. Lat. 26.

Inutile uidetur esse hoc loco omnia quae in libris supra indicatis insunt enumerare; nam codex Sangallensis et Leidensis Voss. Gr. IV° 7 a Boeckingio,*) Sangallensis et Monacensis a Keilio**) accurate descripti proponuntur. de Sangallensi conferas etiam librum, qui inscribitur *Verzeichnis der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen herausgegeb. von Gustav Scherrer. Halle. 1875.* p. 316. etiam genera corruptelarum et uniuersa natura codd. Sang. et Voss. Gr. IV° 7 ex instrumento critico, quo Boeckingius editionem (Dos. Int. l. III.) instruxit, aliqua ex parte cognosci potest. quamquam ab illo uiro eximio lectionum discrepantia parum diligenter enarratur et multa quae ad historiam et pathologiam linguae spectant silentio praetermittuntur.***) accuratius sane omnia haec ab eo docenda erunt qui Interpretamentorum Leidensium partes ineditas in lucem emittendi munus suscipiet.

Nunc uero nihil aliud ago quam ut argumentis doceam, quae ratio inter codicem Sangallensem et Vossianum Graecum intercedat; quod huc usque nemo sibi proposuit

---

*) Dos. Mag. Interpr. l. III, p. VIII—XXI.

**) Grammat. Latin. VII, p. 365 sq.

***) In Adriani, ut exemplum afferam, sententiarum et epistolarum § 14. (Bö. p. 18), cuius textus Graecus e quinquaginta uocabulis constat, editor sedecim scripturas uarias missas facit.

enucleandum.*) nam Boeckingius de hac quaestione pauca dicit, quae ne ipsa quidem satis accurata sunt, uelut id quod (p. XIV) adnotat: *similiter ad Vossiani codicis oram adscriptos capitum onomastici, de quo modo locutus sum, titulos rubricasue Sangallensis non habet.* immo Sangallensis quoque usque ad caput XX. titulos et Graece et Latine exhibet; inde tituli Latini ita omissi sunt, ut ad singulos postea inscribendos spatia uacua relicta sint (u. supra p. 31); recentioris aetatis scriba atramento pallido nonnullas earum lacunarum suomet ingenio suppleuit; qua de causa inde a c. XX in titulis Latinis duo codices non tam accurate ut usque ad c. XX. inter se consentiunt. tituli Graeci uero etiam in Sangallensi usque ad finem glossarii integri inueniuntur.

Codicis Monacensis numero 601 signati cum ratio et natura a Gustauo Loewe (207 209)[35] et ab Henrico Keil optime explanata sit, nihil habeo, quod de hoc quidem libro adiciam; nam etiam comparatio codicis Sangallensis et Monacensis a me instituta nihil aliud quam quod Keilius (367) dicit plene confirmauit, duos nempe codices ex uno archetypo ductos esse. ille quem supra descripsi titulorum Latinorum defectus in codice Monacensi redit, unde colligas hos titulos iam in archetypo intercidisse.

Vt de ratione inter Sangallensem et Vossianum Gr. intercedente recte iudices, respicias primum oportet aetatem qua uterque codex scriptus est. Sangallensis, ut Lachmannus et Keilius recte dixisse uidentur, saeculo decimo ineunte. Leidensis secundum Geelii opinionem (Bö. XV) saeculo undecimo exaratus est. cum autem in Sangallensi multae *Ἑρμηνευμάτων* partes desint (Bö. XIV), iam apparere credo neutrum ex altero manasse. atque hoc quoque facile intellegas non ex eodem archetypo eos

---

*) Qua de causa Loewius (p. 207) dicit: *Inquirendum erit in rationem, quae inter libros Sangallensem Vossianumque (in quibus Dosithei glossarium exstare constat) et Stephanianum et Montepess. intercedat. quam comparationem ipse instituere nunc nequeo, cum Dositheani glossarii apographon penes me non sit.*

fluxisse, quod fons recentioris codicis multa continuit, quae in uetustioris libri archetypo absque dubio deerant (Interpretamentorum liber I., libri alterius prima capitula, omnia denique quae in Leidensi post primae fabulae Aesopiae uocabula *in multo aere* sequuntur).

Sin autem — quod uix cuiquam qui codices inspexerit probatum iri puto — librarium cod. Sangallensis statuas de industria uel causa quadam peculiari illas partes omisisse, etiam alia proferre possum: archetypus codicis Vossiani in libro secundo multas glossas in margine adscriptas exhibuit, quarum in Sangallensi ne uestigium quidem exstat.*) librarium autem libri Vossiani, quem indoctum et linguae Graecae omnino rudem fuisse multi errores docent uelut *μενομεν* anemus,**) *κλειτγης*,***) *φεονι* inuidet†) etc., haec glossemata non ipsum adiecisse, integre iis ipsis enumeratis planum faciam. omnia quae iam exhibeo eadem manu qua Interpretamenta ipsa scripta esse praemitto. illarum glossarum quae recentissima aetate a uiro docto ni fallor saeculi XVI. uel XVII. ad oram adscriptae sunt nullam rationem habeo.

II, c. 5	uocabulo	feriae	adscr.	oratio
c. 5	„	uulganalia	„	neptunalia
c. 6	„	lusus	„	manibulus
c. 6	„	gladiatores	„	ξιφηρεις
c. 8	„	homo	„	ποσις maritus
				αλωχος uxor
				γαμετης uxor
c. 8	„	infans	„	puer
c. 8	„	mamme	„	zeizin dida bizin ubera
c. 8	„	concabe	„	poples

*) Bö. breuiter tantum adnotat (XIV) *Vossianum librum in compluribus locis glossemata habere, quae absint a Sangallensi.*

**) f. 4v. in archetypo prima littera M praetermissa erat. u. p. 31.

***) f. 4v. l. *κλέπτης*. corruptelam uides natam esse e ΚΛΕΠΤΗϹ — ΚΛΕΙΤΓΗϹ.

†) f. 5v. l. *φθονεῖ* inuidet.

II, c. 10	uocab.	armum	adscr.	ακρωμιον
c. 10	„	ofella	„	οφλαριν
c. 17	„	equa	„	φοραδια eque
c. 17	„	ovis	„	αμνος agnus
c. 21	„	sponda	„	bettibret *)
c. 21	„	infidibulum	„	treiectorium
c. 22	„	fascia	„	articlare
c. 24	„	lilialium	„	lilis catena
c. 25	„	ligula	„	linguella
c. 27	„	falx	„	runcilio
c. 27	„	utrum	„	marra
c. 27	„	bestis	„	serratorium
c. 27	„	beru	„	subula
c. 27	„	ocreae	„	tibiales
c. 28	„	fidellia	„	doliolum
c. 29	„	habenae	„	retinacula
c. 29	„	membrane	„	pelles
c. 30	„	sententia	„	q̄ reis datû
c. 30	„	discentes	„	discipuli
c. 30	„	mendatio	„	correptio **)
c. 31	„	malleator	„	incisor
c. 31	„	cocliarius	„	samniator
c. 32	„	libanotis	„	rosmarinum
c. 32	„	grammaritium	„	larice
c. 33	„	acerbus	„	colles
c. 33	„	titirri	„	granillum
c. 33	„	pastor	„	πυννη grex
c. 33	„	stipa	„	bolumaca
c. 35	„	imperator	„	αναξ imp̄
c. 35	„	tribunus	„	plebis
c. 37	„	fluctus	„	unde

*) u. Glossarium Latino-Germanicum ed. L. Diefenbach. 1857. s. u. sponda.

**) Sang. rectius habet (διορθωσις) *emendatio*. pro *correptio* scribendum esse conicias *correctio*; sed cf. Du Cangium s. u. *correptio*.

c. 37	uocab.	unda	adscr.	dilutio
c. 38	„	validum	„	n͡ remissum
c. 38	„	aqua	„	*κλεκμονη* tumor
c. 38	„	perstrictio	„	*σφιρομενος* constipatus
c. 39	„	de signis XII	„	*παραπλησιον*.

In uocabulario ipso liber Vossianus quinque glossas habet, quae in Sangallensi desunt:

c. 8 *ουλαι* (ante *crispi*)
c. 16 *κυκνος* anrar olor (post *ansera*)
c. 33 *φακη* lenticla
πισος pisum (Sang. *φακε* pisum)
c. 34 *ηγεμον* dux
επαρχος praefectus (Sang. *ηγεμον* praefectus)
c. 35 *υπατοι* consules (post *senatus*).

Praeterea codex Vossianus meliores quasdam lectiones exhibet, quas librarius, utpote illiteratus (u. p. 37), non potest non ex archetypo sumpsisse. si exempla desideras, confer:

	Sangallensis	Leidensis
c. 8	*μυξαιπωσσι*	*μυξαι* mucci (l. *μύξαι* mucci)
c. 8	*καρυκες*	*σαρκες* (l. *σάρκες*)
c. 9	carbus	caluus (l. caluus)
c. 11	temperamentum	temperatum (l. temperatum)
c. 21	*σπια*	*στια**) (focus)
c. 37	*τροπος*	*τροπις* (l. *τροπίς*).

Ex iis quae protuli iam apparere credo codicem Sangallensem et Leidensem non ex uno archetypo ductos esse. nihilominus multis locis ita inter se consentiunt, ut dubitare nequeas, quin uno de capite orti sint. compara sis:

c. 7 Sang. Leid.: *σιελος* medulla, *μυελος* saliva (l. *σίελος* saliua, *μυελός* medulla) **)


---

*) *Στιά* pro *ἑστία* uulgarem formam fuisse credo. cf. *σ̮τιά* in multis dialectis Neograecis.

**) Recentissima manus in Vossiano ad necessariam transpositionem significandam numeros adscripsit.

c. 21 Sang. *στρ[α]ματα*: Leid. *στρ ματα* (l. *στρώματα*)
c. 37 Sang. Leid.: *ψγφμος* perstrictio.*)

Qua de causa recte mihi uideor coniecisse e capite communi compendio x utar — duo exemplaria — y et z — fluxisse, quorum ex uno Sangallensis, ex altero Leidensis deriuatus sit. hoc igitur stemma euadit:



Codices x y z litteris maiusculis scripti erant, unde litterae Α—Δ, Α—Λ, Γ—Τ, Η—Ν etc. saepenumero inter se permutabantur. cf. haec exempla:

	Sangallensis	Leidensis
c. 13	*διριφιον*	*αιριφιον* (l. *ἐρίφιον*)
c. 25	*διθμος*	*αιθμος* (l. *ἠθμός*)**)
c. 30	*δι[δ]ασκαλος*	*διδασκαλος*
c. 6	*πλλεισται*	*παλεσται* (l. *παλαισταί*)
c. 6	*εξλιππον*	*εξαιππον* (l. *ἐξάϊππον*)
c. 20	*βηλια*	*βημα* (l. *βῆμα*)
c. 6	*κολλωδοι*	*κωμωδοι* (l. *κωμῳδοί*)
c. 11	*τλευκος*	*γλευκος* (l. *γλεῦκος*)
c. 27	*κρεα[γ]τρα*	*κρεατρα* (l. *κρεάγρα*)
c. 37	*κυβερνη[γ]της*	*κυβερνητης* (l. *κυβερνήτης*)
c. 8	*ιχηος*	*ιχνος* (l. *ἴχνος*)
c. 16	*χηη*	*χην* (l. *χήν*)

*) Idem habet Monac. 601 f. 60v. — legendum esse uidetur ‚περιψυγμος perfrictio' cf. Interpret. Monacensium cap. de medicina ‚Peripsygmos perfrictio' (Mb Peripsichmos perfrictio : Mc om).

**) Litteram *η* in hoc uocabulo illa aetate, qua cod. x uel y et z scripti sunt, nondum *i* sonuisse apparet.

c. 7	πνοη	πνον (l. πνοή)
c. 33	υλη	υλν (l. ὕλη)
c. 36	υιοποιητος	υιοποιντος (l. υἱοποιητός)

De codicum Sangallensis et Leidensis ratione hoc potissimum consilio aliquanto uberius disputaui, ut planum facerem, lectiones duorum codicum communes oriundas esse e libro antiquissimo, qui fortasse ipsis Interpretamentis Leidensibus paucis saeculis recentior sit. itaque quasdam horum codd. proprietates quae ad pronuntiationem et phonologiam, ut hoc uerbo utar, spectant uetustioris aetatis esse uides quam codicem Sangallensem. accuratius hanc quaestionem nunc excutere non possum.

De codice Scaligerano, qui disputationem forensem a Scaligero scriptam (Bö. XXI. 39—63) continet, inutile esset plenius disputare, cum hic liber ad textum Interpretamentorum emendandum et ad uniuersam hanc quaestionem parum pertineat.

Sine dubio miraris nihildum te audiuisse me narrantem de codice Vossiano Lat. Fol. 26. sed hic liber inter omnes codices qui hac commentatione tractantur peculiarem locum sibi uindicat. Gustauus Loewe (206) breuiter nihil nisi haec adnotat ‚*Etiam in Vossiano latino in folio 26 Dositheana insunt — v. catalogum p. 369 b —, quae inde ab ‚Incipiunt interpretationes latinae hoc est Hermineomata Greca*[36]). *ab initio: apo arches; ab alfa littera: apo alfa grammatos' usque ad ‚vetantur: colyontae; vetati sunt: ecolythesan' pertinere apographon Burmannianum me docuit. Vocabula graeca latinis litteris scripta esse vides.'* equidem ut accuratiora inuenirem etiam hoc exemplar transcripsi et examinaui. ‚Hermineomata', quae in eo exstant, nihil aliud sunt nisi glossarium ad ordinem alphabeti digestum, simillimum Interpretamentorum Monacensium et Leidensium libro primo. occurrunt enim ut in illo multae declinationes uerborum Latinorum et Graecorum singulis substantiuis adiectiuis pronominibus particulis interpositis. nonnullae glossae inueniuntur, quae e libro altero et tertio eiusdem Interpretamentorum Pseudodosithei recensionis fluxerunt. haec autem recensio non potest non fuisse simillima illis Interpretamentis

Latino-Graecis, quae H. Stephanus adhibuit et breuiter descripsit (u. p. 48). melius sane de hac re disputare possemus, si H. Stephanus e suis codicibus etiam uocabularia ordine alphabetico digesta emisisset. sed cum ‚Hermineomata' codicis Vossiani, ut dixi, etiam multa contineant, quae e libro altero et tertio i. e. e uocabulario certis generibus disposito et e colloquiis manifesto petita sunt, his ipsis ad quaestionem enucleandam utemur. compara sis quae subiecimus:

Cod. Voss. Lat. fol. 26. f. 39ʳ		Interpr. ab H. Stephano editorum capitula*)
de uentis : peri animon	c. 10	De uentis : περὶ ἀνέμων
de solanis : peri apheliotes		
de nauigatione : peri nautelias	c. 11	De nauigatione : περὶ ναυτιλίας. Iterum
de piscibus : peritichyon dentex : synodus	c. 12	De piscibus : περὶ ἰχθύων. It.
de agricultura : peri georgias	c. 13	De agricultura : περὶ γεωργίας. It.
de arboribus : peri dendron ibid. paulo inferius:	c. 14	De arboribus : περὶ δένδρων. It.
de oleribus : peri lachanon	c. 15	De oleribus : περὶ λαχάνων. It.
de auibus : peri orneon	c. 16	De auibus : περὶ ὀρνέων. It.

Ordinem libri Vossiani glossarum et editionis Stephanianae capitulorum eundem esse uides; sed quominus statuas illum compilatorem ex eadem atque H. Stephanum recensione hausisse aliae glossae prohibent, uelut:

cod. Voss. f. 39ʳ de caelo : peri uranum
dii caelestes : theoe uranioe
dii marini : theue thalassioe
dii terreni : theoe epigioe
dii patrenses : theo epatrioe
dii infernales : theo eypocthonioe

*) Glossaria duo etc. c. 237—294. uid. p. 8 sq.

f. 39ᵛ de cognatione : peri syngenias
paulo infra : de XII signis : perido deca.

nam haec in H. Stephani Interpretamentis non inueniuntur. neque e ceteris quas nouimus recognitionibus petita sunt, licet in Interpr. Monacensibus et Montepessulanis et Leidensibus similia legantur. — cf. cum sex primis glossis, quas modo enumeraui, haec:

Interpr. Monac. II, c. 1 (Ma f. 213ᵛ : Mb f. 229ʳ : Mc f. 11ʳ):
Theyilary (They largi Mb) : Dii Propitii
Thecilarie (Thecilargie Mb) : Dii celestes*)
Thei anthanati : Dii mortales
They epigii : Dii terrestres
Thei thalassii : Dii marini
Thei patroy : Dii penates etc.

Interpr. Montep. II, c. 1 (Not. et extr. XXIII, 2, 332):
Θεοὶ ἵλεοι : Dii propitii
Θεοὶ θαλάσσιοι : Dii marini
Θεοὶ πατρῷοι : Dii patrii
Θεοὶ πάτριοι : Dii parentes
Θεοὶ οὐράνιοι : Dii caelestes
Θεοὶ ἀθάνατοι : Dii immortales
Θεοὶ ὑποχθόνιοι : Dii inferi
Θεοὶ καταχθόνιοι : Dii inferi
Θεοὶ ἐπίγειοι : Dii terrestres

Interpr. Leid. II, c. 1 (cod. Voss. Gr. IV⁰ 7 fol. 6ʳ):

περι θεων	deorum nomina
θεων ονοματα	dii propitii
θεοι ιλεοι	celestis terrestris
ουρανιοι επγιοι	marini
θαλασσιοι	deinferni
θεοι καταχθονιοι	demones
δαιμονες **)	(umbra etc.)

*) L. *θεοι ουρανιοι dii caelestes.* corruptelam apparet e dittographia natam esse; in uocabulo praecedente librarius Mb ut saepe (u. p. 28 sq.) Graeca latinizauit.

**) Glossarum responsionem turbatam esse nemo non uidet.

Titulus denique de cognatione *περὶ συγγενείας* pariter in Interpr. Leidensibus (c. 36) inuenitur: sed in Interpr. Montepess. idem caput (18) aliter inscribitur (u. p. 6) et in Interpr. Monacensibus cap. prorsus deest. (alter sane titulus, quem supra exhibui *de XII signis perido deca* l. de XII signis *περὶ δώδεκα [ζῳδίων]* — aeque in Interpr. Monacensibus, Montepessulanis, Leidensibus exstat.) etiam plus momenti quam glossarum, quas modo comparauimus, discrepantiae tribuendum est glossae *de potestate peri exusias* (fol. 39r): nam capitulum hoc indice signatum non reperias neque in Interpret. Monac., neque in Montep., neque in Leid., neque in Stephanianis.

Iam perspicuum esse puto illa Interpretamenta, quorum primus liber singulis alterius et tertii libri glossis insertis in codice Vossiano Lat. f. 26 exstat, ab omnibus quae nobis traditae sunt — uel certe innotuerunt — Interpretamentorum recognitionibus diuersa fuisse: sed hoc quoque liquet ab altera H. Stephani recensione ea multo minus quam a ceteris recessisse.

Etiam e colloquiis, ut supra dixi, multae glossae codicis Vossiani petitae sunt. quod licet pusilli momenti sit, tamen nos docet illa Interpretamenta, quorum quasi ruinae in libro Vossiano exstant, etiam colloquium idque — ut mox uidebimus — colloquium Monacense continuisse. uelut confer pauca exempla quae elegi:

Cod. Voss. Lat. f. 26.	Colloqu. Monac.*)
fol. 37r cupientes : epithymuntas	p. 509, 5. *πολλοὺς ἐπιθυμοῦντας* : multos cupientes
conscribsi : sinegrapsa	509, 27. *ἃ συνέγραψα* : quos conscripsi.
fol. 38v difficultatem : dyscherian	509, 7. *διὰ τὴν δυσχέρειαν* : propter difficultatem
fol. 39v et multitudinem : ce polypl&hyan	509, 8. *καὶ πολυπλήθειαν* : et multitudinem
et grece : ce ellenisti	509, 6. *καὶ Ἑλληνιστί* : et Graece

*) Paginarum significatio spectat ad ed. Hauptii (op. II, 508—520). lectiones codd. Monacensium iis locis adnotaui, ubi aliquid nos docent.

fol. 40^{v} hoc libro : tuto biblion	509, 28. *ἐν τούτῳ μὲν τῷ βιβλίῳ* : in isto quidem libro *)
interpretamentorum : ermineumaton	510, 8. *ἀκρόασιν ἑρμηνευμάτων* : auditionem interpretamentorum
ibid. incipiam autem : archomaede	510, 4. *νῦν οὖν ἄρχομαι γράφειν* : nunc igitur incipiam scribere **)
fol. 41^{r} Latine disputare : Romaisti dialegesthe	509, 5. *Ῥωμαϊστὶ διαλέγεσθαι* : Latine loqui ***)
fol. 43^{r} Neque facile : m&e eucheros	509, 6. *μήτε*†) *εὐχερῶς* : neque facile
fol. 43^{v} omnia uerba : panta remata	509, 32. *πάντα τὰ ῥήματα* : omnia uerba
ibid. propter : diaten	509, 7. Propter difficultatem : *διὰ τὴν δυσχέρειαν* ††)
fol. 45^{r} Quoniam intellego : epidi horo	509, 2. *ἐπειδὴ ὁρῶ* : quoniam uideo
fol. 47^{r} Ut in tribus : in en trisin	509, 12. *ὅπως ἐν τρισὶ βιβλίοις* : ut in tribus libris.

Similem rationem animaduertimus etiam in aliis Interpretamentorum recensionibus: uelut in Leidensis libro altero (cap. 29) leginus *ασκος* : *uter.* *φυσοθις* (Sang. *φυσδις*) : *inflat*, quod

---

*) Mabc *En tuto to biblyo* (*biblio* Mb : *blybio* Mc) *in hoc libro*, quod cum glossa glossarii Vossiani magis consentit. etiam hac re confirmatur, quod in cap. III. plenius docebo, codices nempe Monacenses ad textum colloquii ‚Monacensis' (p. 14) constituendum longe optimos esse.

**) Quod in glossario ut in colloquio tempus ‚futurum praesenti respondet, plane docet glossam e loco, quem attuli, sumptam esse.

***) Mabc *Romaisti dialegeste: Latine disputare.* etiam hanc lectionem codd. Monacensium glossario Voss. comprobari uides.

†) Haupt. falso ‚*μηδέ*' : *μήτε* Mab, cod. Paris., ed. B. Rhen., ad quos nunc haec quoque glossa accedit.

††) Iam bene uides, quomodo lectio codicis Voss. *propter : diaten* orta sit. manus recentissima ad codicis marginem ‚*διόθεν*' adscripsit: meam coniecturam credo tibi magis probatum iri.

apparet e fabula Aesopia ‚de rana', quam Pseudodositheus Interpretamentis Leidensibus inseruit, sumptum esse (Bö. p. 33 *μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας* ἀσκὸς ὁ *μῦς* φυσωθεὶς *ἐκολύμβα*.. post autem tres dies u t e r unus i n f l a t u s natabat). similiter in Monacensis recensionis libro primo et altero (i. e. in uocabulariis) multa e colloquiis huius ipsius recensionis hausta sunt. hoc ea potissimum causa noueris oportet, ut summam cautionem adhibeas, si quandam colloquiorum lectionem dubiam coneris glossa e solis eiusdem recensionis uocabulariis excitata defendere. uelut in colloquiis Monacensibus occurrit locus paululum obscurus ‚*ἐχάραξεν induxit*' (Haupt. 511, 11) itemque in capite ‚de ludo litterarum' (Ma fol. 216ʳ) ‚*Charaxe inducere*'; sed caue ne uerbi *χαράττειν* uim (‚*ausstreichen*') inusitatam hac glossa comprobari putes. eundem nimirum in concludendo orbem faceres, qualem ualde miror Theodorum Bergkium in commentatione cui praefixit ‚Kritische Studien zu Ennius' saepius commisisse.*)

Iam breuiter summam eorum definiam, quae de hoc codice excussi: ‚Codex Vossianus Lat. in folio 26' continet fol. 36ʳ — 47ᵛ librum primum cuiusdam Interpretamentorum Pseudodosithei recensionis, cuius reliquae partes non iam exstant; huic libro, uocabulario ad ordinem litterarum digesto, ludimagister uel librarius quidam multas glossas inseruit, quas ex eiusdem Interpretamentorum recensionis libro altero et tertio, i. e. e uocabulario certis generibus distributo et e colloquiis sumpsit. liber alter huius recensionis ab omnibus quas nos possidemus recensionibus diuersus fuit, proxime autem accessit ad unam e duabus recensionibus Stephanianis. liber tertius eiusdem recensionis e a n d e m c o l l o q u i i M o n a c e n s i s r e c o g n i t i o n e m a n t i q u i o r e m e t m e l i o r e m continuit, quae nobis in solis codicibus Monacensibus tradita est (u. p. 14).

---

*) u. uoluminum quae inscribuntur ‚Rheinisches Museum' t. XVII (a. 1862), 159 160. etiam O. Muellerus naturam glossariorum Caroli Labbaei prorsus ignorauit, ut Gustauus Loewius demonstrat (‚Prodromus' 218, adn. 3).

III.

Tractantur codex Parisinus 3049. s. XVI : liber B. Rhenani. 1516 : liber H. Stephani. 1573 : thesaurus Vulcanii. 1600.

Cum codices, e quibus Beatus Rhenanus, Henricus Stephanus, Vulcanius uaria Pseudodositheana in lucem emiserunt, non iam habeamus — uel certe non iam nouerimus — nihil aliud quam ad editiones ipsas recurrere possum. de rebus, quae hoc capitulo excutientur, nonnulla dixerunt, Boucherius (not. et extr. XXIII, 2, 282. 478. XXVII, 2, 457 sqq.), Hauptius (op. II, 441. 508), plura et accuratiora Loewius in doctissimo libro, quem inscripsit ‚Prodromus Corporis Glossariorum Latinorum' (180 sq. 203—207).

Imprimis subtiliter ea consideranda sunt, quae B. Rhenanus et H. Stephanus de suis codicibus ipsi enarrant. - Beatus Rhenanus, qui colloquii Monacensis editionem principem instruxit, librum, quo usus est, in epistola ad Lucam Edenbergium Augustanum praemissa obiter describit. cum alia de fonte B. Rhenani comperta non habeamus, uerba editoris integra proferimus : ‚*Id quod hic libellus te nonnihil edocebit, iam olim a studioso quopiam Graece ac Latine mediocriter callente e dictionariis non infeliciter omnino concinnatus. Atque ut rem intelligas, is, quisquis fuit, opusculum consarcinavit tribus distinctum libris ceu praefatiuncula, quae huić libello praeponi solet, rectius in operis frontispicio collocanda, testatum reliquit. Primo vocabula complexus iuxta capita rerum instar Julii Pollucis, hunc in modum,* Θεῶν ὀνόματα *hoc est, Deorum nomina.* περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ, *hoc est, De hiis quae apud inferos,*

περὶ θεοσεβείας, hoc est, de religione. περὶ ναῶν ἱερῶν, hoc est, de aedibus sacris, et sic deinceps. qui liber etiamnum exstat, utinam tam doctus, quam certe posset esse studiosis omnibus utilis, si foret castigatus. Secundo dictiones iuxta seriem elementariam digessit. Tertio vocabulorum usum docet, orationem ex illis contexens), quam nunc in publicum damus. Nolim tamen hiis te nugis diutius immorari, sed ex optimis auctoribus Luciano, Demosthene, Aristophane mox Graecam linguam purissimam imbibere. Neque enim ubique perinde noster hic atticissat.' etc. Basileae. Nonis Novembribus, Anno a Christo nato MDXVI.*

Quae Henr. Stephanus de suae editionis fontibus dicit, iam Gustauus Loewe (203 sq.) exscripsit: sed multis causis fieri non potest quin totum locum hic repetamus: ‚*Sequentes vocum quarundam interpretationes in antiquis pergamenis depravatissime scriptas libuit superioribus adicere ..... Quin etiam quod variae ad eandem rem pertinentes appellationes in certa quaedam capita, velut in communes locos, redactae sint, eo gratius tibi glossarium istud fore putavi. Sed cum de una eademque re — verbi gratia de navigatione, de agricultura — in duobus eius locis agatur, et ita quidem ut in uno latina, in altero graeca vocabula praecedant, ego potius capita, quibus eadem materia tractanda proposita est, simul ponenda, id est unum alteri subiungendum — adposita particula iterum — existimavi.*

Glossarium autem appellavi, quod unum exemplarium inscriptionem istam haberet, glossarium beati Benedicti, abbatis Floriacensis. Quem titulum excipit hic: liber primus glossarum graecarum. Prima sunt haec verba: de conversatione περὶ συναναστροφῆς; conversatio συναναστροφή; dies ἡμέρα; sol ἥλιος; ortus est ἀνέτειλεν; solis ortus ἡλίου ἀνατολή. Eadem vero in alio quoque exemplari habentur, non in principio tamen,

*) Hariolatur bonus Rhenanus; quomodo factum sit, ut multa glossariorum uocabula item in colloquio occurrant — qua re Rhenanus ad suam opinionem perductus est —, supra (p. 44—46) uberius docui.

sed circa medium; verum ibi ista praefixa sunt: ἀρχώμεθα γράφειν ὅλης τῆς ἡμέρας ἀναστροφήν. Quibus subiunguntur eadem illa verba ἡμέρα, ἥλιος, ἀνέτειλεν etc. itidem praecedente ubique latina interpretatione. Quin etiam in certum quendam librorum numerum haec vocum graecarum interpretamenta in exemplaribus illis dividuntur, cuius divisionis rationem minime habendam existimavi: ac ne habere quidem potui, cum nec omnia quae illis exemplaribus continentur ederem, nec eundem propter illam quam paullo ante attuli rationem ordinem servarem. Illis quae dixi capitibus eos subiunxi locos, qui sub quadam dialogi forma multa vocabula habent ad res in quotidiano sermone occurrentes pertinentia.'

Vix contendas ex hac descriptione notionem duorum codicum satis accuratam percipi posse. hoc potissimum mihi obscurum est, quo pacto ubique Latina interpretatio praecesserit ('*itidem praecedente ubique latina interpretatione*'), cum paulo supra legas '*ita quidem ut in uno latina, in altero graeca uocabula praecedant*'. fortasse hoc statuas ita intellegendum esse, ut in duobus codicibus Latina plerumque praecesserint, in iis uero capitulis, quae gemina in codicibus exstiterint, in unis Latina, in alteris Graeca primum locum obtinuerint. si res ita se habet, illi libri manu scripti a reliquis omnibus — si cod. Vossianum Lat. in fol. 26 exceperis*) — diuersa fuerunt; nam in omnibus (praeter eum quem modo dixi) Graeca interpretatio uerba Latina antecedit.

Neque de reliqua duorum codicum condicione e uerbis H. Stephani satis accurata discimus; nam etsi *in certum quendam librorum numerum* illa Interpretamenta diuidi dicit, tamen neque hunc numerum definit neque in ipsa editione rationem eius habet.

Vulcanius unde 'colloquia scholastica' hauserit, quae post indicem uocabulorum exhibet, non adnotat.[37])

---

*) Interpretamenta, quorum in hoc codice fragmentum exstat, etiam aliis rebus Int. Stephanianis similia fuisse, supra comprobaui (p. 41 sqq.).

Codex Parisinus 3049, ab Hermonymo*) Spartano. saeculo XVI. ineunte (Bouch. 282. 478) nitide scriptus. Pseudodositheanorum nihil continet nisi ‚Πολυδεύκους περὶ καθημερινῆς ὁμιλίας Polucis de quotidiana loquutione.' haec ‚loquutio' nihil aliud est quam Interpretamentorum Monacensium praefatiuncula, colloquium scholasticum (libri I.), fabulae cottidianae (l. III.) in unum coniuncta. eaedem sunt partes ‚colloquiorum scholasticorum' Vulcanii, qui tantum illam praefatiunculam libri primi (Ἀγαθῇ τύχῃ — ἃ ὑποτεταγμένα εἰσίν) missam fecit.

Hoc loco, ut codicum (editionumque) turbas quasi in uno conspectu habeas faciliusque perspicias, utile esse credo, uel si nonnulla repetendi importuna necessitas imponatur, omnia Pseudodositheana, quae in codicibus exstant — uel certe exstabant —, per indicem exponere:

I. Codex Montepessulanus 306. saec. IX.

1. colloquium colloquii Monacensis simile. ‚Ἐπειδὴ ὁρῶ Quoniam uideo — ἵνα πρωῒ γρηγορήσω ut mane uigilem.'
2. glossarium in XXXXIV capita digestum.
3. glossarium ad ordinem litterarum dispositum.

II. Codices Monacenses 13002. 22201. saec. XII. cod. Monac. 27317. saec. XV. (cf. Appendiculam).

1. Prologus. ‚Ἀγαθῇ τύχῃ bona fortuna — ἃ ὑποτεταγμένα εἰσίν quae subiecta sunt.' colloquium scholasticum ‚Ὄρθρου ante lucem — ἄρξασθε ἀπ' ἀρχῆς incipite ab initio.' deinde: glossarium ad ordinem litterarum dispositum.
2. glossarium in LV capita digestum.
3. colloquium ‚περὶ ὁμιλίας καθημερινῆς. ὁμιλία, ἀναστροφή de fabulis cottidianis. sermo, conuersatio — ἵνα ἐκδράμω ut excurram.'

III. Codex Leidensis Voss. Gr. IV° 7. saec. XI.

1. glossarium ad ordinem alphabeti digestum.
2. glossarium in XXXIX capita redactum.
3. sententiae et epistolae diui Adriani.
4. fabulae Aesopiae.
5. disputatio forensis.

---

*) Non ab ‚Hieronymo,' ut Nicolaius dicit (Gesch. d. roem. Lit. 843).

6. Hygini genealogia.
7. Belli Troiani enarratio.
8. colloquium ‚περὶ συναναστροφῆς de conuersatione. Ἡμέρα dies — εἰς βαλανεῖον ad balneum.'

IV. Codex Sangallensis 902. saec. X.

A. Ars grammatica Dosithei magistri. sequuntur idiomata uerborum etc. (Keil. Gr. Lat. VII, 376—436).

B. Partes Interpretamentorum Leidensium:

1. glossarii in capita redacti c. IV. inde a uocábulo *μοσχοτόμος uictimarius* — c. XXXIX.
2. sententiae et epistolae diui Adriani.
3. fabulae Aesopiae. des. uocabulis *in multo aere* (Boeck. 25).

V. Codex Monacensis 601. saec. X.

A. Artis grammaticae Dosithei magistri pars (Keil. Gr. Lat. VII, 391—428).

B. Interpretamentorum Leidensium particula:

1. glossarii in capita redacti c. XXXIII. inde a uocabulo *αρουρα seges* — c. XXXIX.
2. sententiae et epistolae diui Adriani. des. uocabulis *ινα ταχιον ut celerius* (Boeck. 20).

VI. Codex Leidensis Voss. L. f. 26 saec. XI.

Glossarium ad ordinem litterarum dispositum = liber I. cuiusdam Interpretamentorum recensionis, quae non iam exstat (u. p. 46).

VII. Codex B. Rhenani (de aetate codicis Rhen. nihil prodit).

1. Prologus ‚*Σὺν ἀγαθῇ τύχῃ cum bona fortuna — ὑποτεταγμένα εἰσί subiecta sunt.*' colloquium scholasticum ‚*Πρὸ τοῦ ὄρθρου ante lucem — ἄρξασθε ἀπ' ἀρχῆσ incipite ab initio.*' — sequitur glossarium in certa capita digestum.

2. glossarium ad ordinem litterarum dispositum.

3. colloquium. ‚*Ἤιτησα ὕδωρ poposci aquam — ἵνα ἐκδράμω ut excurram.*'

VIII. Codex Parisinus 3049. saec. XVI.

‚*Πολυδεύκους περὶ καθημερινῆς ὁμιλίας Polucis de quotidiana loquutione. σὺν ἀγαθῇ τύχῃ cum bona fortuna — ἵνα ἐκδράμω ut excurram*' = edit. Beati Rhenani.

IX. Duo codices H. Stephani (aetate incognita).

1. glossarium in capita digestum.

2. colloquium. ‚*Dies ἡμέρα — ad balneum εἰς βαλανεῖον*' = colloquium codicis Leidensis Voss. Gr. IV⁰ 7. sequitur eiusdem colloquii pars altera (de balneo et de conuiuio). deinde: alterum colloquium ‚*Lege bene ἀνάγνωθι καλῶς — ipse recitaui solus αὐτὸς ἀνηγόρευσα μόνος.*'

sequuntur: Nicarii interrogationes et responsiones; Carfilidis interrogationes et responsa; responsa sapientium; praecepta in Delphis; Hadriani sententiae.

X. Thesaurus Vulcanii (a. 1600).

Primum (col. 237—305) glossaria, colloquia etc. ex editione H. Stephani iterata.

Deinde, post indicem uocabulorum[37]) ‚*vetera aliquot colloquia scholastica Graeco-Latina*' = edit. B. Rhenani et cod. Par., omissa uero praefatiuncula (*Σὺν ἀγαθῇ τύχῃ cum bona fortuna — ὑποτεταγμένα εἰσί subiecta sunt).*

Quod ad codices H. Stephani attinet, hoc quidem manifestum est, eos Interpretamentorum recensionem Interpretamentis Leidensibus similem continuisse. quod demonstratur colloquio Leidensi et sententiis Hadriani, quae in cod. Leidensi inueniuntur et pariter in H. Stephani codicibus occurrebant. uocabularium autem in capita digestum, quod in uno e codicibus H. Stephani exstabat, maxime accedebat ad illud, cuius ruinas e codice Voss. L. f. 26 supra collegi (p. 41—46).

Accuratiora de ratione inquirere, quae inter recensionem Stephani et Montepessulanam et reliquas intercedat, inutile uidetur esse, quoad glossaria Leidensia et Monacensia inedita sunt. hoc autem credo iam nunc excutiendum esse, quid de colloquii ‚Monacensis' uaria traditione certius definiri possit.

Ut ex indice quem supra exhibui apparet, textus colloquii ‚Monacensis' duobus codicibus*) et duabus editionibus, quae codicum instar adhibendae sunt, nobis traditus est.**)

*) Si codd. Monacenses, utpote ex uno archetypo ductos, iam pro uno codice numeras.

**) In disputatione quae iam sequitur his compendiis utar:

Ma — cod. Monac. 13002.
Mb — „ „ 22201.
Mc — „ „ 27317.
P — cod. Parisin. 3049.
B — editio Basileensis (B. Rhenani.)
V — thesaurus Vulcanii.

Primum commemoremus locum praefatiunculae, quo demonstratur dispositionem Interpretamentorum, in quibus colloquium Monacense exstabat, diuersam fuisse.

In Mabc legimus: ‚μηδένα βέλτιον μήτε [μᾶλλον] ἐκζεζητημένον (!) ἑρμηνεῦσαι πλὴν ἐμοῦ ἐν τρισὶν βιβλίοις ἃ συνέγραψα· ὧν [τοῦτο] πρῶτον ἔσται τῆς ἡμετέρας ἑρμηνείας. ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ πάντα τὰ ῥήματα συνέγραψα κατὰ τάξιν στοιχείων ἀπὸ τοῦ πρώτου γράμματος μέχρι τοῦ τελευταίου γράμματος: *neminem melius neque exquisitius interpretasse quam me in tribus libris quos conscripsi; quorum hic primus erit nostrae interpretationis. in hoc libro omnia uerba conscripsi per ordinem litterarum a prima littera usque ad nouissimam litteram.*'

P B *) eodem loco haec exhibent: ‚ἐν τούτῳ μὲν τῷ βιβλίῳ πλείονα ῥήματα κατὰ τάξιν τῶν διαφόρων πραγμάτων συνέταξα. ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ πάντα τὰ ῥήματα συνέγραψα κατὰ τάξιν στοιχείων ἀπὸ τοῦ πρώτου γράμματος μέχρι τοῦ τελευταίου γράμματος: *in isto quidem libro plura uerba secundum ordinem diuersarum rerum constitui, in secundo autem omnia uerba conscripsi secundum ordinem elementorum a prima littera usque ad nouissimam litteram.*'

Iam uides Interpretamenta, e quibus editio B. Rhenani et codex Parisinus fluxerunt, praesertim quod ad ordinem librorum attinet simillima fuisse. de librorum dispositione in illis Interpretamentis, e quibus Vulcanius colloquia hausit (nisi forte, quod infra disputabitur, e libro ipso B. Rhenani ea sumpsit) nihil certius definire possumus, cum praefatio in editione Vulcanii desit; minime autem inde concludas codicem Vulcanii diuersum fuisse; nam uerisimillimum est Vulcanium praefationem, ut a consilio colloquiorum alienam, suo arbitrio missam fecisse.

Plus nos docent nonnullae quattuor fontium lectiones uariae inter se comparatae. uelut cf.:

PBV ‚ἀπέθηκα τὴν μίτραν : deposui mitram' (ed. Haupt. 510, 22).
Mabc ‚ἀπέθηκα τὴν ἐγκοίμητραν : deposui dormitoria[m]'.**)

*) In V, ut supra dixi, praefatio deest.

**) Ma Apethi catinencimitran deposui dormitoria : Mb apethi catinencymitrant d. d. : Mc Apothicanencimittan d. d.

Lectio ‚τὴν μίτραν' quae facile ex ‚tinencimitran' oriri potuit — Latinum postea e Graeco corrigebatur — prorsus inepta est. cum puer, quod iam Boucherius animaduertit (‚*Il semble cependant que notre jeune garçon aurait dû s'en débarasser avant de commencer ses ablutions*' p. 481), mitram reponere debuerit, priusquam lauaretur; dormitoriam autem *(‚Nachthemd')* etiam nunc homines lauatione absoluta deponere solent.

Paulo infra legimus (ed. Haupt. 510, 27):

PB *ἐνεδυσάμην ἐπενδύτην λευκήν : indui me super aliam albam.*'

V ‚*ἐνεδυσάμην ἐπενδύτην λευκόν : indui me indumento albo.*'

Mabc ‚*Enedisamin ependitin leucin : indui me superariam albam.*'

Lectionem probam etiam hic Mabc seruauerunt*): reliqui codices omnes insulsissimum ‚*super aliam*' exhibuisse uidentur; Rhenanus et Hermonymus lectionem deprauatam temere receperunt, Vulcanius qui passim summae licentiae in lectionibus mutandis indulget pro ‚*super aliam*', de quo quid faceret non habuit, ‚*indumento*' posuit.

Maioris momenti quam haec lectionum discrepantia id est quod ultimum proferimus: in PBV plus uiginti lacunas animaduertimus, quae in Mab[c] supplentur[38]).

Hae lacunae trium fontium (PBV) communes sunt; in P autem praeter eas nonnullae aliae exstant. quibus, cum Hermonymi neglegentia ortae esse possint, caue utaris, ut archetypum codicis P colligas codicibus Rhenani et Vulcanii magis lacunosum fuisse. hoc quoque sciendum est maiores lacunas in iis tantum partibus inueniri, quae in Mabc tertio libro continentur: praefatio autem et colloquium scholasticum, quod in Mabc primum librum antecedit, in P et B et (praefatione excepta) V non minus plenae deprehenduntur quam in Mabc. utrum hoc certa ex causa an casu et fortuito ortum sit, equidem non ausim definire.

*) Bouch. (481) et Haupt. (510; u. etiam 448) locum recte emendauerunt.

Praeter singulas res quas modo attuli in Mabc et PBV etiam generales quasdam dictionis ipsius differentias animaduertimus, quae magis confirmant de duabus re uera eiusdem opusculi recognitionibus hic agi. in Mabc, ut hoc primo loco proferam, saepius uerba Graeca Latinis (et uice uersa) minus accurate reddita sunt. quod haud parui momenti esse uidetur; nam perspicuum est in talibus libris ad scholarum usum scriptis et Graeca et Latina temporibus posterioribus a ludimagistris uel discipulis magis magisque ad litteram translata esse.*) si exempli gratia Mabc scribunt ‚*ὥρισαν* dederunt': PBV autem ‚*ἔδωκαν* dederunt' (u. 301). duarum lectionum ratio mihi ne paulisper quidem dubia fuit: magister uidelicet uerbum Graecum quasi ad unguem uerbo Latino simile esse uoluit neque perpendit, num Graecum esset ‚*ἡμέραν ἡμῖν ἔδωκαν*'. eodem pertinent lectiones ‚*σπουδαιότερον* incessanter' Mab: ‚*σπουδαιότερον* studiosius' PBV (u. 331) atque ‚*'ς τὸ δημόσιον* ad thermas' Mab: ‚*εἰς τὸ δημόσιον* in publicum' PBV (u. 575). tempora ipsa in Mab non semper inter se congruunt uelut ‚*μελήσει* pertinet' (u. 332), ‚*συγχωρήσω* parco' (u. 782). sed et alia discrepantia commemoranda est. magister enim uel discipulus dictionis uulgaris maculas, quae colloquiorum ab initio propriae fuisse uidentur et in recognitione Mabc etiamnunc exstant, permultis locis abluere studuit. omittam formas, quae cum ex ipsa pronuntiatione ortae sint haud scio an multo post scriptoris aetatem in textum irrepserint uelut *'ς τό* pro *εἰς τό* et similia; quamquam in his quoque pusillis rebus differentiae duarum recensionum uestigia cernuntur. maioris certe momenti est, quod codd. Mab pro *is* et *in* crebro *ille* et *ad*, utrumque uulgaris dictionis signum, exhibent; compara sis:

Mab	PBV
denuntiasti illi	denuntiasti ei (u. 343)
cum illo	cum eo (u. 544)
dic illi	dic ei (u. 557)

*) Huius rationis exemplum exhibet Lachmannus ‚Klein. Schr.' II, 200.

Mab	PBV
ad domum	in domo (u. 535)
ad piscinam	in piscinam (u. 630)
ad domum	om. (u. 649)
ad acetabulum	om. (u. 694).

Ex iis quae adhuc disputaui illud quidem apparet, codices Monacenses fontem esse antiquiorem, puriorem, pleniorem atque codicibus Rhenani, Hermonymi, Vulcanii longe praeponendos. restat ut breuiter inquiramus quae ratio inter PBV ipsos intercedat; hoc licet minoris momenti sit, tamen neglegi non potest, imprimis ut de Vulcanii lectionibus uariis recte iudicetur. compara igitur sis pauca exempla quae elegi: codicum Mabc lectiones ideo tibi adieci, ut ex iis quasi e norma Vulcanii discrepantiam facilius et rectius ponderare posses:

ed. Haupt.	P	B	V	Mab[c]
510, 15	euigilaui;	euigilaui;	*expergefactus sum;*	uigilaui;
510, 17	pedulas;	socculos;	*socculos;*	pedules;
510, 19	poposci aquam ad faciem;	poposci aquam ad faciem;	poposci aquam *coram;*	poposci aquam ad faciem;
510, 25	pectinaui;	pectinaui;	*pexui;*	pectinaui;
510, 26	feci circa collum uolutionem;	feci circa collum pallam;	*circumdedi* collum palla;	feci circa collum pallam;
510, 27	indui me super aliam albam;	indui me super aliam albam;	indui me *indumento* albo;	indui me superariam albam;
510, 29	*φελώνην*;	*φαινώλην*;	*φαινόλην*;	felomni;
510, 29	processi salutare patrem et matrem;	processi salutare patrem et matrem;	processi *ad salutandum* patrem et matrem;	processi salutare patrem et matrem;
511, 2	aue magister;	aue magister;	*salve praeceptor;*	aue magister;
511, 8	deleo;	deleo;	*complano;*	deleo;
511, 31	*ἅμιλλαν ἐξέβαλον* dictatum excepi;	*ἅμιλλαν ἐξέβαλον* dictatum accepi;	*ἅμιλλαν ἐξέλαβον certamen suscepi;*	amillam exelabon dictatum excepi;

ed. Haupt.	P	B	V	Mab[c]
512, 8	ἐμέρισα στίχον partitus sum uersus;	ἐμέρισα στοίχον partitus sum uersum;	*ἐμέτρησα* στίχον *mensus sum* versum;	emerisa stichom partium (Mb partitus sum) uersum;
512, 29	eo salutare;	eo salutare;	eo *salutatum;*	eo salutare;
515, 13	interroga, si possumus;	interroga, si possimus;	interroga, *an possimus;*	interroga, si possumus (Mb possimus);
515, 22	uide quis est;	uide quis sit;	uide quis *sit;*	uidi quid est;
515, 28	illic descendit ad lauretum deambulare;	illic descendit ad lauretum deambulare;	*illuc* descendit ad lauretum *deambulaturus;*	illuc descendit ad laurentum deambulare.

Vulcanium iam uides pro illius aetatis rationibus textum suo arbitrio mutasse eo potissimum consilio ductum, ut uerba Latina, quae ei saepius parum urbana esse uiderentur, ad bonae Latinatis normam dirigeret*); quod cum nimis temere faceret, fieri non potuit, quin aliquoties in errores ridiculos incideret. uelut uocabulum ‚ἅμιλλα' ignorans scholae, ut dicere consueuimus, terminum technicum esse et ‚*dictatum*' significare**), pro ‚*dictatum*' falso ‚*certamen*' ponit; similiter pro recto ‚*ad faciem*' ‚*coram*' scribit. Graecis non tantopere ut Latinis manus iniecit, fortasse quod sermonis Attici minus peritus fuit. quam exiguam in Graecis emendandis operam collocauerit, inde elucet, quod nonnullis locis ne uerba quidem Graeca Latinis respondent, uelut legimus ‚*ὑπαγόρευέ μοι dictavit mihi*' (u. 156); ‚*εἶπε dixi*' (u. 166); ‚*τί ἐστι* quis sit' (u. 432); u. 503 legimus ut in PB ‚*liquamen primum*': Graeca autem interpretatio ‚*γάρον πρῶτον*' intercidit; u. 750 PB habent ‚*εἰς τὸ μεῖζον εἰς τὸ μικρόν* in maius in paruum': V Latinum in ‚*plus minus*' mutat, in Graecis autem comparatiuum et positiuum intactos relinquit. rarissime etiam Graeca correxit, uelut u. 702 pro ‚*συκωτὸν τρυφερόν*' quod non

---

*) Hauptius hanc rationem non perspexit (uid. adn. 37).

**) Vulcanius hanc uocabuli uim nouisse debuit, cum ea in glossario Philoxeni, quod ex Henr. Stephano iterauit, exstaret (col. 72), et ipse insuper glossam in castigationibus (col. 32) emendaret.

intellexit ‚σῦκον τὸ γουφερόν' e sua coniectura scripsit. ad textum igitur constituendum lectiones uariantes et temerariae emendationes Vulcanii prorsus nihil ualent.

Hermonymus, qui codicem Parisinum exarauit, in Latinis certe paucissima mutauit: nam e scripturis codicis facile colligi potest — quod et aliunde compertum habemus — Hermonymum illitteratum et potissimum Latine parum doctum fuisse: uelut scribit ‚ξύλα ξηρά : signa sicca' (u. 510): ‚adduce auunculum' (u. 645) atque hic quidem etiam Graecum ‚ἐπίδος ἐπικάρσιον' in ‚εἴσαγε τὸν θεῖον' mutauit, quod sententiarum ratione prorsus insanum arguitur: aliae huius nebulonis scripturae sunt ‚πρόσθες ἄκρατον : adice morum' (u. 601): ‚partem' pro ‚panem' (u. 707). ‚viscelatus' pro ‚iuscellatas' (u. 724): ‚uoluimus' pro ‚molliuimus' (u. 776) etc.

Iam in propatulo esse uidetur, quid de eiusmodi lectionibus uariantibus iudicandum sit: nihilominus Hermonymus archetypum quo usus est satis accurate expressit: librarii nimirum ignorantiam hic ut saepius pro argumento sumas, pauca in textu mutata interpolataue esse. qua de causa lectiones codicis P, praesertim si consentiunt cum Mabc, minime neglegendae sunt.

Quod ad Beati Rhenani et Vulcanii fontes attinet, hoc quidem manifestum est neutrum colloquia e P sumpsisse: nam P, ut supra enarraui, quasdam lacunas habet quae in BV non reperiuntur. atqui B et V multis locis magis inter se quam cum P consentiunt. uelut cf. quae subieci:

ed. Haupt.	P	BV	Mab[c]
512, 17	perlegentem	praelegentem	perlegentem
513, 22	ordinasti	constituisti	constituisti
514, 23	ἐξέφλησα	ἐξεπλήσω	exeplissomin
514, 31	eum	id	cum *)
515, 15	suum	eius	eius
515, 25	με	μοι	me (μέ)
515, 30	sibi	illi	illi

*) BV ‚eum' temere in ‚id' mutauerunt, uestigium rectae lectionis ‚cum' prorsus tollentes.

ed. Haupt.	P	BV	Mab[c]
516, 15	olearium	olitorium	olearium (holearium Mb)
516, 24	hic	huc	hic
517, 5	ad eum	apud eum	ad ipsum
517, 12	iterum	interim	interim
517, 13	uitramina	uitrea uasa	Vitriamina
517, 13	lebetes	aerea	eramenta
517, 15	quasi	quemadmodum	quasi
518, 2	dormita bene	ne dormita	ne addormias (ne obdormias Mb)
518, 6	post	per	post
518, 14	in piscinis	in piscinam	in piscinam
519, 12	si habes	num habeas	si habes
519, 19	ὄρνιθον	ὄρμηνον (ὄρμινον V)	Ormeon
519, 20	raparum	rapatum	rapatum
519, 25	oleas	oliuas	oliuas
519, 25	νεόπαστον	νεαρόπαστον	nearopaston
520, 5	ἀσμένως	ἡδέως	ideos

Quomodo hic editionum B et V consensus explicandus sit, certe definiri non potest. aut B et V ex eodem codice hauserunt ita ut reliqua discrepantia quam in BV deprehendimus ex unius alteriusue editoris mutationibus oriunda sit: aut Vulcanius ex ipsa B. Rhenani editione colloquia deprompsit et multos locos suo arbitrio mutauit. dubitationem Hauptii (u. adn. 37) componi credo argumentis, quibus supra (p. 56—58) Vulcanium summa comprobaui licentia textum tractasse.

C o d e x P utrum ex eodem an ex altero simili libro ductus sit, non liquet; sin autem Hermonymus eodem codice usus est atque B. Rhenanus, pro certo statuas Vulcanium ex ipsa editione Rhenani hausisse; nam aliter editionum BV consensum quem supra docui explicare non possemus. si res ita se habet, etiam conicias oportet, B. Rhenanum illos locos qui a P discrepant ipsum mutauisse.

Quaecunque autem ratio inter P et B et V intercedit, minime dubitari potest, quin uno de capite descendant. cuius

naturam et lectiones lectionibus Parisini, B. Rhenani, Vulcanii scite comparandis et — proprietatum uniuscuiusque ratione habita — ponderandis fere ubique enucleare possumus. haec igitur summa disputationis euadit: Codices Monacenses ad textum colloquii ‚Monacensis' constituendum fons antiquior, melior, plenior habendi sunt, archetypus, e quo PBV deriuati sunt, fons recentior, deterior, minus plenus.*)

*) Codicem (uel codices), e quibus PBV ducti sunt, alicubi occultos iacere conicias. equidem uero neque Lutetiae neque alias uestigium eorum inueni.

Adnotationes.

1. Notices et extraits XXIII, 2, 281. XXVII, 2, 463 sqq.

2. Recensionis uocabulo in hac commentatione uim quandam latiorem quam usitatam uindicari mox intelleges.

3. Hoc (Interpretamentorum Leidensium) nomine significamus illam recensionem, quae codice Leidensi et, minus plene, Sangallensi et Monacensi 601 tradita est.

4. Dosithei Magistri Interpretamentorum liber tertius. Bonnae. 1832.

5. In epistola B. Rhenani, quam p. 47 sq. exscripsi. — Septimae cuiusdam recensionis fragmenta in codice Vossiano Lat. fol. 26 nobis seruari, p. 41—46 docui.

6. Imprimis in talem usum uertit Interpretamenta Fr. Buechelerus in 'Neue Jahrbücher für Philol. u. Paedag.' CXI (a. 1875), 311 sq. et in 'Rhein. Mus.' XXXVI (a. 1881), 237.

7. Vel in noua editione lexici, quod Forcellini praeclaro nomine signatum est, recensionis Montepessulanae nulla, Leidensis et Stephanianae exilis ratio habita est.

8. Libros, in quibus colloquia Pseudodositheana ad uitam ueterum describendam adhibita sunt, p. 19 laudaui.

9. De partibus quidem ad res scholasticas pertinentibus hoc fecerunt Roederus et Grasbergerus (u. p. 19). mireris uero, quod Grasbergerus fere nihil nisi paruam conuersationem Leidensem adhibet atque colloquii Monacensis editiones recentiores et colloquium Montepessulanum omnino ignorasse uidetur ('Erzieh. u. Unterr.' II. 148). etiam ea, quae Grasbergerus (p. 149) contra Bernhardyum exponit, ipsum arguunt rem haud magis quam illum perspectam habere.

10. '*Quo (sc. Naekio) socio Charisium cum Dositheo ex Sangallensi codice unico . . . . iam edidissem, nisi sub hiemem Berolinum ad negotia publica tractanda evocatus fuissem*' in 'Jahrbücher f. Philol. u. Päd. herausgeg. v. Jahn' II (a. 1826), 392.

11. Böcking 'Dos. M. l. III.' p. IX et Oehler 'Rhein. Mus.' XVII. 55.

12. '*Besonders gibt sie (die Ausdrucksammlung i. e. uocabularium in capita digestum) eine Anzahl von dem Gebrauche der Schriftsteller*

abweichender Nuancen der Wortbedeutungen, die man als der gewöhnlichen Umgangssprache angehörig durch Dositheus kennen lernt. Dieses, sowie die reichere Ausbeute für das Lateinische muss der vollständigen Ausgabe dieser Stücke im Corpus Gramm. von Lindemann aufbehalten bleiben' in ‚Rhein. Mus.' II (a. 1834), 599. — apographon codicis Montepessulani, quod Duebnerus confecerat, post mortem eius J. Adertus, Geneuensis, comparauit et Hagenio utendum transmisit. Hagenius Duebneri codicis Montepessulani descriptionem locosque, quibus apographon Duebnerianum ab instrumento critico Boucherii discrepat, cum optimis suis coniectaneis in lucem emisit (De Dos. Mag. qu. fer. glossis quaest. crit. Bernae 1877).

13. ‚*Verfasser dieses bereitet eine vollständige Ausgabe des Dositheanischen Schulbuches nach allen noch übrigen, zum Teil unbekannten Hilfsmitteln vor, unter Herbeiziehung einer nicht unbedeutenden Zahl höchst interessanter, im engsten Zusammenhange damit stehender und ergänzender, gleichfalls noch unedierter Beigaben. Bis zur Vollendung dieser Ausgabe jedoch mag ihm die einstweilige Publizierung des Eingangs des Werkes vergönnt sein . . .*' et paulo infra ‚*Indem ich nun in Bezug auf alles Weitere nochmal auf meine später erscheinende Gesammtausgabe des Dositheus verweise, kann ich doch nicht unterlassen, schon hier Herrn Gymnasialdirektor Dr. Classen in Frankfurt, welcher mir mit zuvorkommender Güte die in seinem Besitze befindliche Niebuhr'sche Abschrift des St. Gallener Codex auf einige Zeit zur Verfügung stellte, meinen Dank auszusprechen*' (Rhein. Mus. XVII [a. 1862], 55 et 58). Locum integrum exscripsi, ut uideas Oehlerum editionem suam ad fidem apographi, non codicis ipsius instruere in animo habuisse. — idem dicit in ‚Rhein. Mus.' XVIII (a. 1863), 261: ‚*Einen vollständigen . . . . Abdruck der Glossae Seruii gedenke ich d e m n ä c h s t im Anhange zu meiner Ausgabe des Dositheus zu geben.*'

14. Index lect. Berol. hibern. 1871 = opuscul. II, 442.

15. Notices et extraits XXIII. 2, 277—613 (a. 1872). — In indice bibliographico ‚Philologi' uol. XXXVIII (1878—79) adiecto p. 689 altera Boucherii editio (. . . . Montpellier 1875!) indicatur, quam per octo menses frustra apud omnes bibliopolas quaesiui; postremo Legrand, professor Parisiensis, mihi per litteras confirmauit, editionem illis uoluminibus quae ‚Notices et extraits' inscribuntur insertam nunquam iteratam esse. nihilominus scrupulus mihi remanet, quod Buecheleri (‚Neue Jahrbücher' CXI, 311 sq.) paginarum significatio (1—336) ab illa quam in ‚Not. et extr.' habes (277—613) diuersa est.

16. V. ed. Bouch. p. 299.

17. Editionem plenam Dosithei quae feruntur glossariorum necessariam esse nonnulli uiri docti intellexerunt, uelut Lachmannus dicit (Kl. Schr. II. 199): ‚*Boecking hätte die beiden ersten Bücher nicht blos*

beschreiben, sondern gleich mit herausgeben sollen; immerhin ohne Verbesserungen, deren sie doch oft nicht wert sind' (?!) et M. Voigtius, uera falsaque miscens, haec exponit: '*Die wichtigste Bedeutung gewinnen jedoch in dieser Beziehung die griechisch-lateinischen und lateinisch-griechischen Glossen, welche von Dositheus selbst verfertigt und im ersten und zweiten Buche seiner ἑρμηνεύματα, sowie im letzten Buche derselben unter der Ueberschrift 'περὶ συναναστροφῆς' veröffentlicht, exzerptweise von Stephanus und Vulkanius deren oben bezeichneten Werken eingefügt . . . . worden sind . . . . Vornehmlich diesen Glossarien des Dositheus selbst müssen wir aber die höchste Wichtigkeit für die anzustrebende Texteskonstitution um desswillen beimessen, weil dieselben nicht allein den Schlüssel enthalten, nach welchem Dositheus selbst diesen Urtext ins Griechische übersetzte, sondern auch dieselben präsumtiv mehrfach von den späteren Uebersetzern benützt worden sind. Um so mehr haben gerade wir es zu bedauern, dass bis jetzt weder ein vollständiger Abdruck der interpretamenta des Dositheus erfolgt ist, noch auch die uns überlieferten griechisch-lateinischen und lateinisch-griechischen Glossen im allgemeinen in einer geeigneteren Form herausgegeben worden sind.*' ad haec recte adnotat: '*Vollständig ungerechtfertigt ist das Urteil, welches Böcking l. c. p. XVII über die Glossen des Dositheus dahin abgibt 'nullius pretii mihi uidetur hoc glossarium esse.' Die Werthschätzung, welche ein Scaliger, Cujacius, Turnebus, Salmasius, Brissonius u. s. w. derartigen Glossen zu teil werden liessen, konnte füglich zu einer anderen Anschauung hinleiten.*' ('Die Lehre vom jus naturale etc.' p. 621).

18. Boucherius nihil nisi Montepessulanae et Leidensis recensionis capitula comparat (p. 278).

19. Ordinem capitulorum tantopere uariantem fortasse ita explices, ut statuas singula capitula a ludimagistris uel discipulis ad usum scholae cottidianum in singulis foliis inscripta foliaque deinde, quod minime mirum, turbata esse.

20. Canisticon (Mabc) i. e. CANISTICON ex CANISTRON ortum est.

21. De forma '*cicinum*', quam e codicibus Mab recepi, uide H. Hagenium (De Dosithei Mag. quae fer. gl. quaest. crit. p. 12), qui etiam Ritschel. opusc. II, 477 ss. laudat. summi momenti est, quod in iisdem Interpret. Monacensibus etiam '*Techinin*' (Mb: Gechinin Ma) (coll. u. 202) et '*lichinus*' (coll. u. 502) legimus. quas formas uix conicias librariorum neglegentia natas esse: nam tales uocales parasiticae in lingua Graeca et Latina, imprimis in uicinia liquidarum, saepius inseruntur. uid. et alia exempla, quae collegit H. Schuchardtius 'Vocalismus d. Vulgaerlateins' II, 394—441. III, 284—295 et ipsarum formarum, quas supra attuli, documenta (II, 409): '*cicino*' text. l. Sal. VII, 7 etc., '*lechina*' apud Plautum saepius (Ritschel. in 'Rhein. Mus.' VIII, 475—479). '*lychini*' Verg.

Aen. I, 726 emend. O. Ribbeck. cf. Carol. Foy ‚Lautsystem der griech. Vulgaerspr. 1879' p. 114 sqq. — ad exempla a Schuchardtio collecta adicias:

didragchima Lev. 27, 3 (bis)	Cod. Lugdunens.	
didragchimi Lev. 27, 5	Pentateuchi	
didraghimum Num. 3, 47	(ed. U. Robert)	
nerivorum Deut. 32, 24	Cod. rescript.	
siculum Exod. 39, 3	Monac. (Pentateuchi fragm.)	

quos locos summa qua floret comitate mihi subministrauit Leo Zieglerus.

22. Similem glossam habent tantum Interpret. Leidensia:

Cod. Sang. *αυωτενχυϑης* arugena
Cod. Leid. *αιωτενχυτης* arugena.

cum his lectionibus compara sis codd. Monacenses:

Ma *Plitenchytis* *Aretina*
Mb *Plytenchitis* *Arctenia*
Mc *Plithenchitis* *Aretenia.*

hac collatione instituta conieci scribendum esse ‚*ἀρυτεγχύτης* arutaena s. arytaena'. uocabulum Graecum in lexicis non exstat; sed cf. ‚*ἀρύταινα*' et ‚*ἀρύω*' et ‚*ὠτεγχύτης*'. de uocabulo Latino cf. Charis. ‚arutaenae' (Keil. Gr. Lat. I, 118 ‚cod. Neapol. arute neq. habet'). Guilelmus Christ coniecit: ‚*ἀ ρ ύ τ α ι ν α, χ ύ τ η ς* a r u t a e n a'.

23. Sub ‚*cannula*' (Mabc) nescio quid lateat; fortasse retineas ‚*cannula*' (ut a canna deriuatum = Rohrkorb): uix ausim recipere ‚canistellum' uel ‚panariulum'.

24. Haec glossa nos optime docet, qua ratione licet singulae Interpretamentorum recensiones omnino inter se discrepent, tamen ad nonnullas corruptelas sanandas et omnia Interpretamenta et alia glossaria in auxilium adhibenda sint. compara sis:

Ma	*Xystrota*	*Striata*
Mb	*Xistrota*	*Striata*
Montep.	*ξυστρωτα*	*triata*
Sang.	*ξυστρωτα*	*strigilis*
Leid.	*ξυστρωτα*	*strigeles*
H. Steph.	*ξυστρωτα*	*strata*
gloss. Philoxeni	*ξυστρωτα*	*striclata.*

Boucherius codicem Leidensem falso adnotat ‚*ξυσιτρωτα*' exhibere atque uocabulum nouum inde fingens ‚*ξισίδρωτα strigiles*' scribendum esse censet (p. 438. 540). quod nemini probatum iri credo; nam cum omnium codicum consensu ‚*ξυστρωτά*' confirmatur, tum in omnibus Interpretamentis haec glossa inter uocabula posita est, quibus ratio quaedam argenti pertractandi significatur (ut *tornata*, *caelata*, *inaurata*), unde facile concludas etiam sub ‚*ξυστρωτα strigeles*' talem terminum technicum, ut uerbo utar, argenti pertractandi latere. scrupulus igitur restat

tantum in glossa Latina. sed hanc quoque credo enucleari, si codicum discrepantiae duo uocabula diuersa subesse statuimus, nempe ‚*striata*' (Mab, Montep., H. Steph.) et ‚*strigilata*' (Sang., Leid., Philox.). ‚*strigilata*' (uel ‚*striglata*') in lexicis non exstat; sed ‚*strigilis*' (‚*striglis*') sciendum est etiam ‚*ῥάβδωσις*' (‚Auskehlung') significare (Vitruu. IV, 4, 3 rec. Rose ex optimis codd. ‚*et circa striglium caua*' . . . ‚*quod striarum et striglium circuitus* . .'); a ‚*strigilis*' uerbum quoddam ‚*strigilare*' factum esse uidetur ut a *ξύστρα ΞΥΣΤΡΟΩ*, atque inde ‚*strigilatus*' et ‚*ξυστρωτός*'. — Vulcanius, qui glossam Philoxeni temere, ut solet, in ‚*striata*' mutat (‚Castigat'. c. 65), nodum discindit, non soluit. Boucherius autem, quem supra docui glossam Leidensem minime intellexisse, Montepessulanam non magis perspicit, cum scribit ‚*ξυστρωτά trita*'; nam ‚*trita*' neque uocabulo Graeco respondet neque reliquis Interpretamentis comprobatur.

25. Hanc glossam interpolatam esse manifestum est.

26. Bouch. ‚*cochlearium*' et ‚*trulleum*' scribit; sed in talibus quidem rebus codicis orthographia utique retinenda esse mihi uidetur.

27. Fortasse scribendum est ‚*γευστρίς*'. cf. Mabc (25) ‚*libanotrix*' = *λιβανωτρίς*. terminationem *ix* statuas quadam Latinizatione ortam esse (cf. p. 28 sq.). in Montepessulano etiam uox proxima ‚*κοχλιώρυξ*' ad terminationem mutandam contulisse potest.

28. Leid. *παζωνομος*, quod Boucherius nescio quomodo retinendum esse censet (p. 540). neminem credo non uidere *ΠΑΖΩΝΟΜΟC* e *ΜΑΖΩΝΟΜΟC* male scripto natum esse.

29. ‚*Parobsis*' Charisius habet (Keil. Gr. Lat. I, 106, 10).

30. Aliud e ‚*mergulum*', quod codd. habent, non habui quid facerem. in Montep. ‚*merarium*' legimus.

31. De forma ‚*cygnus*' cf. Lachmann. ad Lucret. 3, 7.

32. Georges. ‚*turabulum*' in lexicon recepit et adnotat ‚*und so viell. Orest. trag. 52, wo jetzt turībulum*'.

33. Aliter sane haec editio instruenda erit quam Bouch. fecit. nimirum e paucis quae supra adnotaui elucere puto, illum in duplicem errorem incidisse: et glossas plane corruptas haud cunctanter recipit (ut *σκεύη ἐν οἷς ἐσθίομεν εὖ, παζωνόμος*, strigiles etc.) neque proprietates quasdam orthographicas temere mutare ueretur (u. adn. 26).

34. Vid. adnot. 12.

35. Non debuit autem Gust. Loewius silentio praeterire, iam Ruehlium a. 1872 in doctissima commentatione, quam inscripsit ‚Ueber die Textesquellen des Justin' (‚Jahrbücher h. v. Fleckeisen. 6. Supplementband'), docuisse (p. 14), in codice Monacensi 601 Dositheana inueniri.

36. Apographon Burmannianum, quo Loewius usus est, non satis accuratum esse uidetur; nam hoc quidem loco codex ipse exhibet ‚*Interpretationes Latine hoc est Hermineomata Grece*' quod legendum est ‚*Interpretationes (Latine) hoc est Hermineumata (Graece).*' in ipsa codicis Bur-

manniani (‚XXI. Burm. IV⁰ 5') descriptione Loewius, ut rem plenius perficeret, adnotare debuit (p. 170), uol. I, 6, 495—552 apographon esse glossarii Latino-Graeci Pseudodositheani codicis Voss. Latini fol. 26 et uol. 1, 7, 571 sqq. apographon glossarii Graeco-Latini Pseudodositheani codicis Voss. Graec. IV⁰ 7.

37. Hic non tacendum est Maur. Hauptium a Gustauo Loewio immerito erroris accusari. Loewius, ipse grauiter errans, haec dicit (204) ‚*Doctissime de similibus collectaneis Hauptius praefatus est: non debebat autem de colloquiis in Vulcanii thesauro editis et in glossariis illis, quae Londinensi Stephani thesauro adiecta sunt, repetitis haec scribere: ‚Vulcanius unde illa colloquia sumpserit non dicit, non potest autem nisi passim ea interpolavit, sumpsisse ex impresso olim exemplari quod hodie fere ignoratur': Theodori Gazae nempe grammaticae institutionis libro primo a. 1516 Basileae edito, cui Beatus Rhenanus similia colloquia subiecerit. At nullo modo cogitari potest hoc libro Vulcanium usum esse: hausit potius e Stephani a. 1573 editione, quam fidelissime expressit. Stephanus autem unde deprompserit colloquia, verba supra exscripta docent'* etc. sed hic non agitur de colloquiis, quae Vulcanius col. 281—294 ex editione H. Stephani iterauit, sed de ‚colloquiis scholasticis', quae, ut Hauptius dicit (441) Vulcanius post indicem uocabulorum dedit.' haec colloquia Vulcanius re uera iis, quae e Stephano sumpsit (col. 1—666), ipse adiecit, atque Hauptius, licet rem non subtilius excussisset (u. p. 57), tamen suo iure dicere potuit quod dixit. id sane Hauptius parum intellexit, Vulcanium textum colloquiorum incredibili licentia mutauisse (u. p. 56 sqq.).

38. Lacunas ipsas nunc inutile est adnotare, quippe cum in critico instrumento, quo editionem meam exornabo, eas plene enumeraturus sim. — unde hae lacunae oriundae sint, nescimus; sed coniecturam proferre liceat. mireris enim quod nonnulli eorum locorum, quibus lacunae (in Mab) supplentur, deprauatissimi et ad emendandum difficillimi sunt (u. 395. 501. 585. u. etiam adnot. ad. u. 780). qua de causa conieci in codice quodam antiquissimo, a quo et M et PBV descendant, has corruptelas iam exstitisse et librarium aut, ut rectius dicam, illum, qui recensionem PBV pertractauerit, locos perplexos omisisse. nullos scrupulos tibi iniciat, quod etiam ordine librorum et uocabulario in capita digesto, ut B. Rhenani uerba docent, ea quidem recensio, e qua Rhenanus colloquia hausit, ab Interpretamentis Monacensibus diuersa fuit. nam cum ludimagister, qui recensionem alteram (a Rhenano descriptam) confecit, illos locos obscuros tam temere neque emendare neque conseruare curaret, etiam fieri potuit, ut ipsa Interpretamenta suo arbitrio pertractaret et librorum ordinem immutaret.

Appendicula.

Cum saepius in hac commentatione colloquium Monacense non ad Hauptii editionem, sed ad uersuum quendam ordinem laudarim, hunc moneo ad colloquii editionem spectare, quam ipse post breue tempus prelo subiecturus sum.

Vndecima ut aiunt hora, cum libellus iam typographis traditus esset, mihi contigit, ut codicem nouum et adhuc incognitum inuenirem, in quo et ars grammatica Dosithei et Interpretamenta exstant; accuratiora de hoc libro manu scripto mox alio loco exponam.

Abhinc paucos denique dies noui codicis Interpretamentorum Monacensium scientiam percepi. nam in codice Monacensi Graeco 323 cum catalogus (codicum manuscriptorum Graecorum bibliothecae regiae Bavaricae t. III [Monachii 1806], 305 sq.) uaria excerpta ex Aristotele, Maximo Tyrio etc. exstare dicat, Guilelmus Meyer Spirensis etiam Interpretamenta occurrere animaduertit. ut ceterorum codicum Monacensium (u. p. 20), ita huius quoque notitiam uir eximius liberaliter mecum communicauit. cuius rationem et indolem paucis uerbis indicabo: Codex Monacensis Graecus 323, saec. XVI., chartaceus, foliorum 268, in 12°, olim Ebersbergensis, continet fol. 202ʳ—204ᵛ praefatiunculam et colloquium scholasticum quae Interpretamentorum Monacensium librum primum praecedunt (u. p. 20), fol. 205ʳ—207ʳ excerpta ex hoc ipso primo libro, fol. 208ʳ—214ʳ librum tertium Interpret. Monacensium i. e. colloquium. a codicibus Mabc codex 323 ea potissimum re differt, quod Graeca litteris Graecis scripta sunt; sed quominus statuas, iam in archetypo huius libri eandem scribendi rationem usurpatam fuisse, mirus consensus

cum codicibus Mabc prohibere uidetur; fere omnia enim menda, quae in illis libris exstant, item hic deprehenduntur; uelut legimus: *οκκαπτε δικυντ* (Ote apte dicunt Mabc: leg. *ὅτε ἀπεδίδων*), *επαναγινοσκοντρα* (Epanaginoscontra Mac: Epaginoscontra Mb: leg. *ἐπαναγινώσκοντα*), *ενδικτοα* (Endictoa Mab: l. *ἐν τῇ στοᾷ*), *φιλαξιρα* (Filaxira Mab: leg. *ξύλα ξηρά*) etc. immo homo saeculi XVI., qui cognitione litterarum Graecarum pueriliter gauisus et in aliis partibus codicis 323 uel Latina uerba Graece scripsit, pusilla eruditione Graeca utebatur, ut textum Graecum Interpretamentorum, qui in archetypo litteris Latinis expressus fuit, denuo in Graecas litteras conuerteret.

Quae licet ita sint, tamen codex 323 — compendio Md utar — haud parui momenti est; nam quamquam, ut supra dixi, fere omnia grauia menda codicum Mabc aeque in Md reperiuntur, tamen l a c u n i s c o d i c u m Mabc (u. p. 21) in Md e x p l e t i s demonstratur, Md non ex Ma uel Mb uel Mc, sed ex ipso horum librorum archetypo (M) ductum esse. ad textum igitur colloquii Monacensis (glossaria ut dixi praeter exigua excerpta in Md desunt) constituendum, etiam hoc exemplar ita oportet adhibeamus, ut e quattuor codicum Mabcd lectionibus ponderatis interque se comparatis archetypi M lectionem sinceram enucleemus.